CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXVI

HEGESIPPI QVI DICITVR HISTORIAE LIBRI V

EDIDIT

VINCENTIVS VSSANI

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLX

HEGESIPPI QVI DICITVR HISTORIAE LIBRI V

EDIDIT

VINCENTIVS VSSANI

PARS POSTERIOR:

PRAEFATIONEM CAROLI MRAS
ET
INDICES VINCENTII VSSANI
CONTINENS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLX

OMNIA IVRA RESERVATA

© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1960

VINDOBONAE
Ex universitatis Vindobonensis officina typographica
Adolphi Holzhausen Successorum

INDEX GENERALIS

Abbreviationes ad Praefationem VI

PRAEFATIO Caroli Mras VII
De libris manuscriptis VIII
De titulo huius operis XXIII
De Ambrosio tamquam translatore XXV
De auctoris aetate XXXI
De Isaac ex Iudaeo XXXIII
De mente huius scriptoris anonymi XXXIII
De Iosepho Slauo XXXVII
De Iosippi opere:
A. De prologo XLII
B_1. De historiae narratione XLII
B_2. De duorum librorum (II et V) exitu XLIII
B_3. De partibus AI huic historiae insertis XLIV
C. De orationibus XLV
De editionibus XLVIII

I. INDEX LOCORVM V. Vssani 425

II. INDEX NOMINVM ET RERVM V. Vssani 433

III. INDEX GRAMMATICVS, quem V. Vssani confecit et C. Mras examinauit, auxit, emendauit 495

Corrigenda in uoluminis LXVIi parte priore 628

Abbreviationes ad Praefationem

AI = Iosephi Antiquitates Iudaicae, libri XX (Ἱστορίαι τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, βίβλοι εἴκοσι).
AlL = Archiv für lateinische Lexikographie.
BI = Iosephi De bello Iudaico, libri VII (Ἱστορία Ἰουδαϊκοῦ πολέμου, βίβλοι ἑπτά).
CSEL = Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum.
ThlL = Thesaurus linguae Latinae.
TU = Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur.
$\sim$ = similia sunt.

PRAEFATIO CAROLI MRAS

Lectori beneuolo salutem!

Editore mortuo — Vincentius Vssani, professor et senator regni Italici decessit anno MCMLII° postridie Kal. Febr. — editoris sumere personam opus est arduum magisque homini octogenario qualis ego sum. Eius editionis modus edendi et apparatus criticus ab omnibus recensoribus ualde laudati erant: u. e. g. has ephemeridas: Gnomonis uol. VIII (1932), p. 665—667 (Stählin), PhW. 52 (1932), 1423—1425 (Manitius), ThLZ 61 (1936), p. 10 (Seesemann), Analect. Bolland. t. L (1932), p. 375 (Delehaye), ita tamen ut praefationem magnopere desiderarent. Hanc praefationem cur non ediderit — dubium an adumbrauerit — doctricem Ludmillam Krestan, actuariam indefatigabilem Academiae nostrae non docuit cum ipsa ipsum a° MCML conueniret; uix elicuit Indicem grammaticum. Praeparasse autem uidetur praefationem, quoniam quaedam ad eam congessit, ut ipse in editione uerbis *de scripturis uocabuli* (uel *de scriptura uocis*) *u. Praef.* testatus est: p. 3, l. 4 (*Macchabaei, Caesar, Iosephus*), p. 5, 1. 25 (*Iohannes*), p. 7, 7 (*Hierosolyma* et *Hierosolymitanus*), p. 11, 19 (*Caesar*), p. 16, 14 et 29, 14 (*Iope*), p. 34, 14 (*Herodes*), p. 195, 16 (*Iordanes*). Qua de causa actuaria nostra ex nepti eius et (ut uidetur) unica herede quaesiuit, num quid ab eo relictum esset praefationis. Tulit responsum negatiuum. Nec plus profeci epistula mea. Sic XXV annis postquam haec editio prodierat, ego ab Academia nostra iussus munus suscepi praefationis conscribendae. Sed quid facerem? Vt ipse libros manuscriptos adirem, uix posceres. Consului igitur catalogos (preater codices M et T, quos ipse perscrutatus sum). Sed eheu! Ita uix sufficiebant, imprimis tacebant de manibus correctricibus, etiam E. A. Lowe (*Codices antiquiores, pars III*). Itaque multas imagines luce depingendas curaui et multa quaesiui ex praefectis earum bibliothecarum in quibus codices quibus usus est Vssani, asseruantur.

Quibus cum gratias ago maximas, immo ingentes et beneuolentiae et patientiae, haud ignoro me minus facere quam debeo. Quam multa quaesierim, ex eo metiaris quod uicarius praefecti bibliothecae Ambrosianae e quiete caelesti augustae bibliothecae illius quaestionibus meis excitatus et consternatus cum abnueret exclamauit „Ci uorrebbe un libro!“ et Lowe mihi indicauit, cuius in opere iamdudum mihi noto nihil noram legi de manibus correctricibus.

De libris manuscriptis

Iam enumerabo codices quibus editor usus est.

Codex Mediolanensis (bibliothecae Ambrosianae C 105 in f., M^{I} et M^{II}, M et M^{2} Vssani) continet CCXIX folia, quorum LXXVI M^{I} (pars uetustior), CXLIII M^{II}. Pars recentior cum partem codicis comprehendat maiorem eiusque librarius totum constituerit codicem, de ea prius agam. Totum codicem a patribus S. Benedicti Bobiensibus Cardinali Federico Borromeo, cum bibliothecam conderet Ambrosianam anno 1606° oblatum esse „munere uicissim ab ipso donatis“ in folio recenti legitur. In cooperculo ligneo, sed corio inducto, pagina interna legas „restaurato nella Badia di Grotta ferrata (dicembre 1953)“. De hoc codice egerunt E. A. Lowe (*Codices Latini antiquiores, pars III*, Oxonii 1938) p. [16] et Paulus Collura (in *Fontibus Ambrosianis*: La precarolina e la carolina a Bobbio, Milano 1943) p. 54s. Ipse cum Mediolani hunc codicem perscrutarer, quae hi auctores aut omiserant aut minus diligenter indicauerant, addidi. Sed ut iam dixi, prius de M^{II}. Haec pars initio mutilo incipit a uocibus *sed cum* (edit. p. 23, 30 = I 15, 2) et primum deficit uoce *immolabatur* (ed. p. 280, 4 = IV 25, 3), f. 135; quae in textu sequuntur, exciderunt usque ad p. 289, 27 Vss. (IV 30, 2) *exer*(citu) f. 136^{r}. Membrana est uilis, aspera, male confecta, scriptura minuscula praecarolina, orta ex cursiua, foeda ac lectu difficillima. Paginae — 295 mm × 240 mm ⟨230 × 200⟩ — columnis non diuiduntur; numerus linearum uariat (inuenias XXIII lineas et plures). Abbreuiationibus librarius utitur multis,

etiam minus uulgaribus. Hic librarius M^{I} et M^{II} coniunxit. Id quando sit factum, carmen a Stephano quodam magistro confectum docet f. CXXI De synodo Ticinensi quam rex Cunibertus anno DCIIC conuocauerat. Id carmen post librum Iosippi tertium exaratum est in spatio paginae integrae et tertiae eius partis ($1^{1}/_{3}$). Fr. Steffens (*Lateinische Palaeographie* 1929²) in tabula 27 d parte eius carminis phototypice depicta eandem ait manum eius esse qui id exarauerit carmen, atque eius qui M^{II} scripserit, quam opinionem ueram esse ipse uidi hac imagine cum foliis luce depictis meis M^{II} comparatis. Scriptura autem M^{II} eandem respicit aetatem, *i. e.* finem saeculi septimi. Quid igitur concludas? Stephanum magistrum non solum id composuisse carmen, sed totum M^{II} exarasse; libro tertio absoluto postquam regem Cunibertum acceperit ut synodus illa conuocaretur praecepisse, carmen in laudem composuisse illius regis compositumque libro Iosippi tertio adiunxisse. Qui quam male litteris fuerit imbutus ex his uersibus (apud Steffens l. l.) intellegas: *synodum quinta qui totus concordat cum IIII . . . aduocari praecipit rex Cunincperctus urbi ubi resedet.* Stephanus igitur circa illum annum totum constituit codicem. Quid ergo? Num malum atramentum paginas partis M^{I} corrosit (id quod in codice quodam Graeco repperi: cf. K. Mras, *Eusebius, Werke* 8. Bd., Berolini 1954, p. XXXVI). Id si fuisset, uestigia uideres ut in illo codice sic in paginis partis M^{I} quae adhuc extant.

Stephanus foliis solutis antiqui codicis (quorum pleraque perierant) potitus ea quae perierant, suppleuit parte M^{II}. Longitudinem linearum archetypi codicis M^{II} inde metiaris, quod una uidetur pertinuisse ab *optulerat* usque ad *Iosepho* (II 12, 1 = ed. p. 163, 22 s.). Ita se excipiunt hae partes: f. 136^{r} M^{I} incipit *-citu Vitelli* (ed. p. 289, 27 = IV 30, 2); f. 137^{r} M^{II} *obruebat* (ed. p. 291, 5 = IV 32); f. 139^{v} M^{II} desinit *fugauit* (ed. p. 298, 10 = V 2, 1; pars tertia fere folii uacat); f. 140^{r} M^{I} *demetrium* (ed. p. 298, 10 = V 2, 1); f. 149^{v} M^{I} desinit *cui(us)* (ed. p. 310, 8 = V 9, 2); f. 150^{r} M^{II} *(cui)us* (desinit f. uerso, cuius pars parua uacat); M^{I} f. 151^{r} *ex partibus* (ed. p. 312, 25 = V 10, 3); desinit f. 153^{v} (*tamen*

ed. p. 316, 17 = V 13, 2); f. 154r *propius* M^{II}; desinit f. 157v *sitis* (ed. p. 326, 14 = V 16, 1; pars exigua huius folii uacat); M^{I} f. 158r *uexare* (perperam Vssani; ed. p. 326, 14 = V 16, 1); M^{I} codicis fine quoque mutilo deficit in uoce *excitatus* f. 219 (ed. p. 401, 19 = V 46, 2).

Codice compacto librarius partis M^{II} quaternionum (quaterniones enim sunt plerique) foliis ultimis uersis in marginibus inferioribus numeros adscripsit numeris M^{I} seruatis. Ipse legi hos numeros: f. 2v II in rectangulo arte satis rudi delineato (unde apparet in codicis initio folia XIV saltem perisse), f. 10v III in simili rectangulo; f. 17v IV; f. 25v V; f. 33v VI; f. 41v VII; f. 49v VIII, f. 57v VIIII, f. 65v X (etiam f. 58r), f. 73v XI, f. 81v XII, f. 89v XIII, f. 97v XIV, f. 105v XV, f. 106r et f. 113v XVI, f. 121v XVII, f. 129v XVIII, f. 135v XVIIII, f. 153v XXXIII, f. 165v XXXIV (numerus quasi euanuit), f. 173v XXXVI, f. 181v XXXVII, f. 189v XXXVIII, f. 197v XXXVIIII, f. 205v XL, f. 213v XLI (ultimus est numerus).

Folia primum et nonum sunt rescripta, quorum scriptura inferiore (est autem cursiua saeculi sexti) carmen de VII fratribus Machabeis et Recepta medica exarantur (Lowe, tab. 324).

Iam de M^{I}: membrana eius optima est et talis qualis antiquis fuit temporibus; nam hic codex saeculo quinto uel sexto exaratus erat. Scriptura semiuncialis et elegans, lectu facilis, originem ducens a scriptorio quodam Italiae septemtrionalis. M^{I} et M^{II} si comparaueris, quantum intersit inter humanitatem et barbariem, facile perspicias. Paginae — 295 mm × 245 mm ⟨210 × 180⟩ — binis diuiduntur columnis uicenarum quinarum linearum. Atramento librarius usus est eius coloris qui Italice bruno uocatur, abbreuiationibus paucis.

De manibus correctricibus ab editore ita dissentio, ut hunc codicem statuam ab una tantummodo manu esse correctum, ut quam dicit manum secundam, modo ipsius sit librarii M^{II}, modo ea quam dicit secundam, modo ea quam dicit tertiam, uelut ed. p. 32, 1 = I 20 (ubi Vssani errat):

submiscere in contextu est exaratum a librario, *sūmis* ante hanc uocem superscripsit m. 2 ex alio codice (Vssani perperam: *submiscere s. l. m. 3*); p. 52, 15s. = I 30, 1 *et Atratino adstruentibus*: m. 1 M^{II} (non m. 2 Vss.); p. 105, 21 = I 43, 2 *exclamauit*: m. 1 (non m. 2 Vss.); p. 106, 18 = I 43, 3 *cum saeva regni*: m. 1 (non m. 2 Vss.); p. 153, 12s. = II 9, 1 *pascere quam aliorum opibus nixa aduersum*: suppl. in margine inferiore (f. 80^{r}) m. 1 (non m. 2 Vss.); p. 293, 20 = V 1, 3 *missilibus — Iohannes*: m. 1 (non m. 3 Vss.); p. 306, 13s. = V 6, 1 (Vss. non prorsus distincte): *alii pacem* m. 1 in contextu, *alii bellum optarent* suppl. m. 2 (f. 146^{v}); p. 315, 23 = V 12, 2 (f. 153^{r}): $c\bar{u}\left|\begin{array}{c}\textit{inferiore}\ \text{m. 2}\\ \hline \textit{superiore}^{m}\ m\ \text{add. m. 2}\end{array}\right.(c\bar{u}\,|\,\textit{superiore}\ \text{m. 1 in contextu})$; p. 315, 27 = V 13, 1 *callidus* suppl. m. 2; p. 337, 2 = V 18, 3 *mortis* suppl. m. 2 (non m. 3 Vss.); p. 349, 13 = V 22, 1 *cithara* (pro *cera*) m. 2 (non m. 3 Vss.). Apparet manum alteram codicem M emendasse ante saeculum X, quoniam codex T (qui saeculo decimo exaratus est) textum codicis M reddidit talem qualis erat manu altera huius codicis correctus.

Codex Taurinensis D IV 7 (T; bibliothecae uniuersitatis et nationalis). In quarto. Saeculo decimo exaratus est. Membrana obscura neque optima. Folia sunt CXXIX, e quibus uni (inter folia 41 et 42) numerus ascriptus non est. Hic codex integer atque prorsus fere illaesus est. Incipit: De excidio HIEROSOLMITANO (sic, m. posteriore) INCIPIT LIBER EGESIPPI I.

QUATTVOR LIBROS RE *gnorum quos* (librarius litteris prosequitur minusculis). Finitur f. 128^{r} . . . *ignis consumpsit* (potius quam *consumsit*; haec ultima uox tempore ualde detrita est, uix ut legi possit), reliqua pars huius folii uacat, uiginti quattuor lineae graphio incisae uacuae sunt. Ex quaternionibus constat, quorum paginae — 270 mm × 185 mm ⟨222 × 134⟩ — columnis non diuiduntur et tricenarum senarum sunt linearum. Scriptura, non ubique elegans, atramento obscuro facta (titulis rubris) facile legitur. Hic codex a pluribus uidetur esse exaratus librariis (atra-

mentum uariat), qui librarii paucis usi sunt abbreuiationibus, sed ab una tantummodo manu eadem aut paulo posteriore aetate correctus (uix ex alio codice), uelut f. 126r 21 ed. p. 412, 21 (l. V, 53, 1) *perimerentur* (pro *proeliaretur*) et p. 416, 19 (V 53, 1) *hic tumulus* (in contextu perperam *ictus nullus* duabus lineis inductum). At quam Vssani alibi dicit m. 2, mihi quidem uidetur ipsius librarii, uelut f. 2r 34 ed. p. 7, 19 (I 1, 9), *Antigono* (*s. l. T m. 2* Vss.), f. 5r 34, p. 17, 12 (I 12, 1) *Pellam* (*s. l. T m. 2* Vss.), p. 22, 13 (I 14, 2) *pallione* (pro *Fallionem*) *proelio fudit Hircani atque antipatris* (*suppl. mg. m. 2* T Vss.). Hunc codicem uerisimile est partem fecisse illius nuclei librorum manu scriptorum quos Victorius Amadeus princeps, cum hanc conderet bibliothecam, anno MDCCXXo donauit. Ipse hunc codicem perscrutatus sum. Quem cum Vssani mihi uideretur censere ex codice M descriptum esse (*cf.* eius editionis p. 23, 401, 418), ipse Augustae Taurinorum hanc opinionem examinare decreui.

Ecce quae locis enucleaui persuasiuis: ed. p. 41, 8 (I 25, 4) *natura* s. l. m. 2 (3 Vss.) MII: T in contextu;

p. 105, 21 (I 43, 1) *exclamauit* suppl. m. 1 (non 2 Vss.) MII: T in contextu; ibidem: *ut* (post *excl.*) om. MII et T;

p. 106, 18 (I 43, 3) *cum saeva regni* suppl. m. 1 (non 2 Vss.) MII: T in contextu;

p. 124, 11s. (I 45, 9) *corporis — cuiuis* prorsus omis. soli MII T;

p. 151, 13s. (II 9, 1) *magnitudine — ualidiores*: omis. MII T;

p. 153, 12s. (II 9, 1) *pascere — aduersum*: suppl. in marg. inf. m. 1 (non 2 Vss.) MII: T in contextu f. 44r, 14;

p. 293, 20 (V 1, 3) *missilibus — Iohannes* suppl. m. 1 (non 3 Vss.) MII: T in contextu f. 85r, 20s.

p. 315, 16 (V 12, 2) maximi est momenti: *enim hostem* (perperam pro *cum hoste*): soli MI et T (f. 92r, 25);

p. 315, 23 (V 12, 2) $c\bar{u}\left|\frac{\textit{inferiore}\ \text{m. 2}}{\textit{superiore}^{m}\ m\ \text{add. m. 2}}\right|$ MI: T *inferiorē cum superiore* (*inferiorē* fortasse ex correctione m. l., supra *superiore* uirgula erasa);

p. 315, 27 (V 13, 1) *callidus* suppl. m. 2 MI: T in contextu f. 92r 35;

p. 337, 2 (V 18, 3) *mortis* add. m.2 (non m.3 Vss.) M^1: T in contextu;

p. 337, 8 (V 18, 3) *cruci adfigebantur* (pro *cruciabantur*) m.2 (non m.3 Vss.) M^1 ex correctione: T (*aff.*) in contextu (f. 99^v 17) sine correctione;

p. 343, 7 (V 20, 3) *secundis* suppl. M^1 m.2: T in contextu.

His locis luce clarius apparet codicem T re uera ex codice M esse descriptum tali qualis erat a manu altera relictus uicemque gerere huius codicis et in principio et in fine mutili.

Ceteros codices non ipse uidi, sed praefectos illarum consului bibliothecarum et adiutus a Rudolfo Hanslik, professore iuuene uniuersitatis Vindobonensis, codicum Latinorum peritissimo, eorum codicum imagines quas luce depingendas curaueram, examinaui:

Codex Leidensis (*Voss. Lat.* F. 17) Bibliothecae illius uniuersitatis, H. In folio. Hic codex saeculo decimo exaratus est in membrana nunc uitiosa foraminibus rimisque. CCXIV foliorum est, quorum duae sunt partes, foliorum 1—164 pars (quorum plurima quaternionibus continentur) et foliorum pars a 165—214 (quinionibus et singulis quaternione et senione nunc comprehensa); sed exciderunt l. V 2—29 (ed. Vssanianae p. 295, 12 *obierant* — 367, 26 *quinta*, fortasse III quaterniones). Haec folia tribus sunt scripta manibus, eiusdem tamen saeculi decimi (f. 1—80, f. 81—164, f. 165—214). Paginae — 345 mm × 260 mm ⟨290 × 200, sed a f. 165—214: 285 × 200⟩ — columnis non diuiduntur ac linearum sunt quadragenarum quaternarum. Scriptura est minuscula Carolina, quae facile legitur. Atramentum eo colore est qui Italice bruno uocatur; tantummodo in folio primo titulus rubris exaratus est litteris. Paucis usi sunt librarii abbreuiationibus. Hic codex in Francogallia ortus in bibliotheca fuit Pauli Pétau (qui uir doctissimus anno MDCXIV^o decessit) et Alexandri, eius filii (cuius catalogus librorum adhuc in bibliotheca Leidensi asseruatur). Paulus Petauius quod multos possidebat libros ex monasterio S. Maximini Miciacensi (S. Mesme à Micy), opinioni haud absonum est arbitrantis

hunc quoque codicem eiusdem fuisse monasterii. Alexander hunc codicem Christinae uendidit reginae illi Suecorum. Postea fuit Isaaci Vossii philologi, cuius bibliotheca anno MDCXC° a bibliotheca Leidensi empta est.

Manus correctrix saeculi est undecimi (uidi imagines harum uocum quas ea suppleuit, ex alio scilicet codice): *declinari ,in summa locorum frequentia* (suppl. m. 2 in marg. sin. f. 180^{v} I 44, 4 = ed. Vss. p. 112, 26), *ac deterrimos sortirentur* (II 13, 8 = ed. Vss. 171, 14s., suppl. in marg. sin. f. 188^{v} m. 2), *terra marique irrumpentibus qui destinati fuerant. occupauit* (II 14, 2 = Vss. p. 172, 6, suppl. m. 2 in marg. inf. eiusdem folii).

Codex Bernensis (Bern, Burgerbibliothek, 180) B. In quarto. Hic codex pluribus exaratus est manibus quae uicissim se exceperunt, circa annum DCCCL, in membrana bona ac bene praeparata, sed ualde recisa. Foliorum est CLVI, quae quaternionibus continentur. Folia 16., 18., 27., schedulae sunt (membranaceae scilicet), quibus omissa quaedam altera saeculi undecimi parte exarata sunt. (B^{s} apud Vssani): I 20, 3 (Vss. p. 45, 20) *sed* — I 28, 7 (Vss. p. 47, 7) *hospitalitatis*; I 29, 5 (Vss. p. 49, 14) *insolentia* — I 29, 8 (Vss. p. 50, 13) *infunderentur*; I 36, 2 (Vss. p. 72, 27) *cui* — I 37, 2 (Vss. p. 74, 14) *clarior*. Hic codex desinit (non mutilus) in uoce *flagitium* (V 53, 1 = Vss. p. 415, 11). Paginae — 315 mm × 245 mm ⟨240 × 160⟩ — columnis non diuiduntur et omnes uicenarum nonarum sunt linearum. Scriptura minuscula est Carolina satis elegans, nam facillime quidem legitur. Atramentum éo colore est qui Italice bruno uocatur, modo claro, modo obscuro. Tituli librorum rubent. Abbreuiationibus librarii usi sunt paucis. Manus correctrices diuersae sunt saeculi noni, uelut l. V 16, 1 (Vss. p. 331, 17) ubi ad *pecorique uniuerso* in marg. f. 121^{r} m. 2 notauit *uel pecoribusque uniuersis* (uix ex alio codice). Locis nonnullis dubites an quam Vssani dicit manum alteram, non sit potius ipsius librarii, uelut l. I 43, 6 (Vss. p. 109, 2) *parcam ego illi* (suppl. marg. m. 2B Vss.) et ibidem (Vss. p. 109, 6) *lacrimans* (*s. l. m. 2B* Vss.). Hic codex se Floriaci fuisse (ibique putes ortum

esse) ipse testatur ad ultimam uocem *flagitium* addito EXP LIBER $\overline{\text{SCI}}$ BENEDICTI ABBATIS FLORIACENSIS. Veri simile est saeculo XVI° Petri Danielis (Pierre Daniel) humanistae fuisse; constat postea fuisse Jacobi (Jacques) Bongars et anno MDCXXXII° cum bibliotheca Bongarsiana Bernensi accessisse.

Codex Vesontionensis (Besançon, bibliothèque municipale, 833) Z. Quaecumque catalogus non indicauerat (Catalogue général des bibliothèques de France, III^e^ *série, départements* 32) p. 525, mihi indicauit bibliothecarius iussu praefecti (bibliothécaire en chef). In quarto. Hic codex saeculo decimo in finem uergente aut ineunte undecimo (in catalogo perperam nono ascribitur saeculo) exaratus est in membrana inaequali ac nunc quidem multis perforata foraminibus. Foliorum est CXLII quae quaternionibus comprehenduntur. Duae sunt lacunae, altera cum duo folia excidissent orta, sed saeculo undecimo alia manu (in catalogo haec manus XIII° saeculo ascribitur) suppleta (l. I 45, 2 = ed. Vss. p. 122, 2 *ducitur* usque ad I 45, 6 = p. 123, 13 *de* [*fendendis*]), altera, uno orta folio amisso, adhuc exstat (l. III 12, 3 = p. 205, 22 *tamen* — III, 14 = p. 208, 20 *descenderet*). Praeter hanc lacunam hic codex integer aetatem tulit. Paginae — 293 mm × 217 mm ⟨235 × 165⟩ — columnis non diuiduntur et omnes tricenarum ternarum sunt linearum. Scriptura elegans facile legitur. Tituli et litterae initiales librorum rubent. Paucis usus est librarius abbreuiationibus. Quam manum correctricem Vssani dicit alteram, mihi quidem uidetur ipsius esse librarii: l. I 30, 15 = Vss. p. 57, 16 *balneatum isset* super linea in qua *balneum* (omisso *esset ingressus*) et IV 9, 5 = p. 258, 8 ubi hic codex solus ante *defureret* (sic) s. l. addidit *satis*.

De origine constat, quoniam in primo legitur folio: „*Monasterii Morbacensis*.“ Cooperculum ligneum saeculo XVI° ineunte factum est et pelle inductum quae in dorso tantummodo exstat.

Codex Cassellanus (Landesbibliothek Kassel Mss. theologici 65) C. In folio. Hic codex egregie describitur in cata-

logo (*Die Landesbibliothek Kassel 1580—1930, 2. Teil, Handschriftenschätze . . .*, beschrieben von Gustav Strack, p. 9—11). Diligentissime de eo codice agitur a Caesare quoque in Weberi et Caesaris editione, p. 401s. Membrana in qua hic codex exaratus est, ualde tenuis est, foliorum pars rescripta, ita tamen, ut quaecumque antea ibi fuerant, prorsus delerentur. Exaratus est altera sexti saeculi parte scriptura pulcherrima semiunciali. Folia sunt CLVIII. Nonnullis foliis amissis hic codex incipit l. I 13, 2 (= ed. Vss. p. 20, 5) *at illa*. Paginae — 275 mm × 205 mm ⟨235 × 165⟩ — tricenas senas habent lineas aut plus minusue; nam numerus uariat. Plures manus aut correxerunt aut notas ascripserunt. Quaecumque scriptura exarata sunt cursiua quae Anglosaxonica uocatur, aut a S. Bonifatio exarata sunt aut ab aliquo eius comite. Quae postea emendata sunt, saeculo octauo ascribas uel nono. De diuersis huius codicis manibus describendis Paulus Lehmann pluribus bene meritus est commentationibus (*Fuldaer Studien*, Sitzungsber. Bayer. Akad. d. Wiss. 1925, phil.-hist. Kl., 3. Abhandlung, *cf.* imprimis p. 15; *Fulda und die antike Literatur*, Festschrift zum 150jähr. Jubiläum der Landesbibliothek Fulda 1928, p. 13).

Hic codex ex monasterio patrum S. Benedicti Fuldensi oriundus uicissitudinibus illius belli quod XXX annorum uocatur turbulentis Cassellam translatus est.

Codex Augiensis (Reichenau) LXXXII (Karlsruhe) A. Describitur in hoc catalogo: A. Holder, *Die Reichenauer Handschriften*, I. Bd. *Die Pergamenthandschriften* (Leipzig 1906) p. 223s. In membrana plerumque forti et nunc quidem foraminibus aliquot perforata saeculo nono ineunte exaratus est. Iam in catalogo Augiensi anno DCCCXXII° confecto enumeratur. In folio. Foliorum est CXXXV quae plerumque quaternionibus continentur. Paginae — 323 mm × 211 mm ⟨256/260 × 168/162⟩ — columnis non diuiduntur et tricenas quinas lineas habent aut plus minusue. Atramentum nonnullis locis colorem traxit rubicundum; sed tituli aliquot et litterae initiales rubent. Scriptura non ubique sibi constans facile legitur. Haec desunt: l. IV 6, 2 (= ed. Vss.

p. 248, 11) *hominibus* — IV 15, 2 (Vss. p. 263, 19) *suo* (a uoce *quoque* pro *quod* rursus incipit) et l. V 15 (= ed. Vss. 321, 24) *imposuit* — V 18, 2 (= Vss. 336, 6) *proderat*. In libro autem primo foliis commutatis textus in A sic currit: I 13, 3 (= Vss. p. 20, 12) *deducta* + I 14, 2 (= Vss. p. 22, 4) *talentis trecentis* usque ad I 15, 2 (= Vss. p. 23, 27) *pacti* + I 13, 3 (= Vss. p. 20, 12) *ubi* usque ad I 14, 2 (= Vss. p. 22, 4) *certaminis* + I 16, 3 (= Vss. p. 25, 24) *sponte* usque ad I 17, 1 (= Vss. p. 27, 16) *sacerdotes tamen* + I 15, 2 (= Vss. p. 23, 27) *conuentionem* (sic) *ad munitiones* usque ad I 16, 3 (= Vss. p. 25, 24) *sanctum tuum* + I 17, 1 (= Vss. p. 27, 16s.) *usque ad ultimum*. Abbreuiationibus librarius usus non est nisi usu iam receptis.

Trames originis huius codicis inde detegi uidetur, quod in f. 1^{r} legitur: *incipit sancti Cipriani praefatio super quinque libros historiae Ioseppi de bello Iudaico*. Eiusdem Cypriani nomen in folio ultimo uerso legitur: *quodque tuus famulus cyprianus gaudeat actus*. Is Cyprianus cum uideatur esse episcopus ille urbis Telonis Martii (nunc Toulon), qui claruit inter annos DXXIV et DXLVI (*cf.* Catalogi l. l.), inde colligas memoriam scriptam huius codicis ex australi originem ducere Gallia.

Cooperculum ligneum est et corio inductum.

De manibus correctricibus: quam Vssani dicit secundam, noni est saeculi, quam tertiam, decimi quarti saeculi; haec certe suppleuit ex alio codice.

Codex Vaticanus Palatinus CLXX, V.

Quaecumque hic de eo codice publici iuris facio, praeterquam quae de manibus correctricibus dico, abbatis reuerendissimi Anselmi M. Albareda sunt, praefecti nunc bibliothecae Vaticanae. Nam in catalogo quo *codices Palatini bibliothecae Vaticanae* enumerantur potius quam describuntur, tom. I p. 29 (1886) haec sola leguntur: *170. Membranaceus in folio oblongo, s. IX vel X* (ego formas respiciens litterarum mihi persuasi saeculo nono hunc codicem exaratum esse), *f. 84*. Membrana est grossa et rudis. Foliorum fasciculi quamquam plurimi sunt quaterniones, tamen non desunt,

qui II, VII, IX, X constant foliis. Foliis autem internis tribus duplis quarti fasciculi amissis (inter f. XXIV^{v} et XXV^{r}; numeri enim ascripti sunt post mutilationem) haec exciderunt: l. I 44, 7 (= ed. Vss. p. 115, 25) *veritatem* — II 8, 1 (= p. 143, 28) *itaque*; altera lacuna duobus orta est foliis amissis (inter f. 83^{v} et 84^{r}): V 49, 3 (= p. 404, 10) *in defossis* — V 53 (= p. 413, 6) *necati*. Paginae — 310 mm × 360 mm ⟨240/250 × 290/300⟩ — omnes quadragenarum sunt linearum et binis diuiduntur columnis. Librarius uno usus est atramento quod non uariat (praeter partem libri quinti tituli rubentem) et paucis abbreuiationibus. Scriptura eius facile legitur.

De manibus correctricibus: quam Vssani l. I 44, 2 (= p. 111, 5) dicit m. 2 (*eadem uersutia qua supra simulabat fratrum intercessorem*: *suppl. mg. m. 2 V*) saeculi decimi est (respice litteram d gothicam), haec manus ea certe suppleuit ex alio codice; sed III 1, 1 (= p. 182, 5—7): *atque* — *uirtute* (*suppl. mg. inf. m. 2 V*) saeculi est noni (u. formas litterarum b et d). At quae Vssani dicit manus esse alterius in l. II 12, 1 (= p. 164, 2 s.) *remansit* — *nobis* (*suppl. mg. V m. 2*) et IV 26, 1 (= p. 282, 12—15) *Domitianus* — *filius* (*suppl. mg. m. 2 V*) mihi quidem ipsius uidentur esse librarii.

Hic codex anno MDCXXII^{o} cum ceteris bibliothecae libris Palatinae accessit Vaticanae.

Frustulum huius historiae in codice Parisino exstat miscellaneo, quem precibus meis inductus bibliothecarius Parisinus (conservateur adjoint des manuscrits) humanissime sic descripsit:

Codex Parisinus 13.367 (Bibliothèque Nationale) P. In quarto. Ea codicis pars qua hoc continetur historiae frustulum (*i. e.* f. 235^{v}—240^{v}; parte priore minores Augustini traduntur libri) saeculo septimo in membrana mediocri exarata est atramento pallido, magis nigro tamen quam in parte priore (nihil rubet in parte Hegesippi) atque paucis abbreuiationibus. Paginae — 245/240 mm × 205/200 mm [175 × 160] — uicenas quinas lineas habent longas; una igitur columna est. Trames originis eius codicis hic est: ortus Corbeiae in mona-

sterio Corbeiensi Parisios translatus est in monasterium S. Germani a Pratis (S. Germain des Prés); unde ad extremum illi accessit bibliothecae.

De codice eo Ernestus Kalinka egit *Analectis Latinis* (Wiener Studien XVI (1895) p. 93—111), quorum Analectorum caput III inscribitur *Ad Iosephum latinum.* Legitur in illo codice: *incipit de historia Iosippi ubi Agrippa rex populum Iudaeorum adloquebatur cum uellent recedere a dominatione romani imperii; inter reliqua sic ait: unius igitur culpa* (l. II 9, 1 = ed. Vss. p. 148, 2) usque ad *inlacrimavit* (II 9, 2 = p. 157, 14) *explic. contio agrippae ad populum iudaeorum.* Idem uir doctus primus cognouit textum codicis P differre a textu codicis C. Manus ait hunc codicem duas expertum esse correctrices saeculis nono (m. 2) et decimo (m. 3), alio tamen codice nequaquam usas.

Frustulum hoc Parisinum sectam sequitur codicis M^{II}, at frustulum Aenipontanum sectam prorsus exprimit codicis C:

Membranae Aenipontanae, I. Eruta sunt ex cooperculo libri prelo excusi quo scriptores historiae Augustae continentur, quattuor fragmenta duorum quaternionis foliorum. De iis egit Antonius Zingerle, Anzeiger der Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Kl. 31 (1894), p. 41—43: *Fragmente des sogenannten Hegesippus in der Universitätsbibliothek in Innsbruck.* Hae membranae quae binis diuiduntur columnis saeculo octauo uel nono exaratae sunt scriptura Anglosaxonica. Haec insunt: *qui* (l. III 2, 1 = ed. Vss. p. 185, 11) usque ad *quod in*(dignus) ibidem (= p. 186, 28) et *inter* (III 3, 8 = p. 190, 24) usque ad *spatia* (III 5, 2 = p. 192, 17). De manus alterius aetate propter paucitatem nihil constat.

His annis fragmenta duorum foliorum eiusdem quaternionis eiusdem codicis in bibliotheca olim Palatina Vindobonensi inuenta sunt (*Codd. Seriei nouae* n. 3643, nota insigniui $I^{Vind.}$), de quibus Fr. Unterkircher egit in ephemeride cui nomen est *Librorum*, uol. V (1955) p. 248—250; f. 1^{v} contextum edidit p. 250.

His fragmentis quae comprehenduntur — III 3, 1—7,

f. 1r a (red)*eamus* — *transmisso* = p. 187, 5 ed. Vss. usque ad l. 10 et a *committi* — *aestu*(mauerunt) = a l. 18 usque ad l. 23; f. 1v ab *inditum* (cuius uocis tantummodo uestigiola exstant) — *Iosephus* = p. 188, 4 usque ad l. 9 et a (dereli)-*quisset* — *transfu*(ndere) = a l. 16 usque ad l. 22; f. 2r ab (h)*ostibus* — *expertus est* = p. 189, 1 usque ad l. 7 et ab *hiis* — *Ptho*(lomaeo) = a l. 14 usque ad l. 19; f. 2v ab (Agrip)*pae* — *Tiberiadem* = a l. 26 usque ad p. 190, 5 et a (por)*tisque* — *deducerent* = a l. 12 usque ad l. 17 — haec media sunt inter ea quae fragmentis Aenipontanis continentur; nam haec quaternionis foliorum tertii et sexti frustula sunt, Vindobonensia autem illius codicis deperditi eiusdem quaternionis foliorum quarti et quinti.

Codices Casinenses. Editione iam ad finem perducta (*cf.* ed. p. 418) Vssani inuenit codicem Casinensem, de quo egit in *Casinensibus* (*Miscellania di studi Cassinesi pubblicati in occasione del XIV centenario della fondazione della badia di Montecassino*, 1929). Commentatio eius (p. 601—614) inscribitur *Vn ignoto codice Cassinese del così detto Egesippo e i suoi affini*. Hic codex Casinensis permagnus habet f. LXX (490 mm × 360 mm) quae binis diuiduntur columnis et plerumque tricenarum senarum sunt linearum. Exaratus est saeculo undecimo scriptura Beneuentana. Affinitate cum eo imprimis sex codices coniunguntur: Vatic. Lat. 1987 (s. XIV), 1998 (s. XI?), Laurent. LXVI 1 (s. XI), LXVII 17 (s. XV), LXXXIX sup. 15 (s. XI), Neap. V F. 34 (s. XII). E carmine quod inest codici Vatic. 1987 elucet (*cf.* u. 7 *Hunc Iosepi librum veterum monimenta tenentem*) anno DCCCCXCI Mansonem abbatem qui tum fuit (986—996) exemplar huius recensionis conficiendum curasse. Sed quae p. 610ss. Vssani affert huius recensionis indicia (lacunam I 41, 6 *denique* — § 9 *cohibebatur* [= ed. p. 97, 8—99, 20] folio transsulto ortam et partem magnam, II 8, 2 *in vincula raperetur* — II 9, 2 *miles in castro est* [= p. 144, 6—157, 22], a libro secundo ad quintum submotam post *perierimus* l. V 53 = p. 412, 6), iis nequaquam inducimur ut nos taedeat istorum codicum in editione mentionem non fieri. Certe haec recensio non facit

cum recensione codicis C, cum l. II 13, 1 (= ed. p. 166, 19) *aristogratia* (pro *aristocratia*) exhibeat ut recensio codicis M (at recensio codicis C *aristoboli gratia*) et II 12, 1 (= p. 163, 27) *uiuens* (sic recensio codicis M, quam Vssani commendat πάλιν ζῶν pro ζῶν ratus apud Iosephum AI XVIII, 64 seriorem esse lectionem [*uiuens iterum* praebet recensio codicis C]).

Horum igitur codicum ex lectionibus quid colligitur? Lectiones memorabiles exscribens cum contulerim et perpenderim, mihi constat duas contextus recensiones ut ita dicam fuisse. Falso Kalinka (*Wiener Studien* XVI [1895] l. l.) ubi de codice agit Parisino, eumque secutus Vssani (ed. p. 418) codicem Cassellanum ait operam redolere non indocti correctoris. Immo contra ea duae contextus sunt formae et ratio edendi non ita se habet ut altera recensione electa alteram respuas, sed ut secundum sensum ac cogitationum tenorem modo hanc eligas, modo illam. Qua ratione magis usus est Vssani (quamquam se codice Ambrosiano ait fultum esse, ed. p. 418, ut homo Italus scilicet codice Italico) quam Weber et Caesar, codice Cassellano fulti. Hae duae recensiones quo modo differant ut perspicias, locos afferam nonnullos ab illo incipiens loco de quo Kalinka egit l. l. Est in oratione regis Agrippae ad populum Iudaeorum, ed. p. 151, 13—15 (l. II 9, 1): *magnitudine corporum et contemtu mortis ceteris validiores* (sc. Germani) *retinaculum ante suum Rhenum putabant, nunc salutis defensorem.* Haec leguntur in editione Vssaniana. Sed *magnitudine — ualidiores* omis. P M^{II} H B V^{1}, habent C eiusque asseclae (sed conferas Iosephi BI II 377 Niese ἀλλ' οὗτοι . . . μείζω τῶν σωμάτων ἔχοντες τὰ φρονήματα καὶ τὴν μὲν ψυχὴν θανάτου καταφρονοῦσαν, τοὺς δὲ θυμοὺς τῶν ἀγριωτάτων θηρίων σφοδροτέρους); *retinaculum ante suum* habent codices P M^{II}, *ante ferociae suae retinaculum* C eiusque asseclae: *cf.* Ios. ibidem Ῥῆνον τῆς ὁρμῆς ὅρον ἔχουσιν. Prioris sententiae partis utra sequenda sit forma, dubium non est; sed posterioris partis estne respuenda recensio quam praebent P M^{II} in ista historia quae nequaquam ex Iosepho ita pendet, ut uerba de uerbis sint expressa?

Ecce alia recensionum duarum exempla:

p. 30, 4 (I 18) satias (recte) M^{II}, satietas C;
p. 31, 18 (I 19, 4) releuandum (recte) M^{II}, reuelandum C;
p. 47, 8 (I 28, 7) grauissime M^{II}, gratissime (r.) C;
p. 67, 3 (I 34) urbi M^{II}, usui (r.) C;
p. 67, 15 (ib.) CCCC (r.) C, ecce M^{II};
p. 74, 14 (I 37, 2) Mariammen (r.) M^{II}, ariannen C;
p. 96, 27 (I 41, 6) intimauisset (r.) C, aestimauisset M^{II};
p. 119, 7 (I 44, 8) ad ultionem (r.) M^{II}, adulationem C;
p. 136, 9 (II 3, 2) putauit (r.) M^{II}, uocauit C;
p. 142, 14 (II 6, 3) quoscumque propius (r.) M^{II}, quocumque proprius C;
p. 162, 27 (II 11, 4) subiret (r.) C, subiceret M^{II};
p. 177, 3 (II 15, 8) diffidens (r.) M^{II}, diffugiens C;
p. 183, 23 (III 2, 1) delinimentis (r.) M^{II}, deliramentis C;
p. 214, 28 (III, 17) dei, unde (r.) C, deinde M^{II};
p. 230, 16 (III 24) cotidiana (r.) M^{II}, romana C;
p. 249, 9 (IV 6, 5) ducta successio (r.) C, ductu successo M^{II};
p. 274, 26 (IV 22, 1) temtamentum (r.) C, temperamentum M^{II}.

Magis etiam iuuat discere quid intersit inter M^{I} et C (qui codices tamen ex eodem oriundi sunt archetypo[1]):
p. 306, 6 (V 6, 1) subito M^{I}, tam facile C (apud Iosephum nihil est quod conferas);
p. 326, 18 (V 16) precationis (r.) M^{I}, orationis C;
p. 367, 13 (V 28) missilibus M^{I} (item p. 293, 20 = IV 1, 3 M^{II} m. 1, non m. 3), missibilibus C (item p. 293, 20); posteriore Latinitatis aetate utraque uox in usu erat;
p. 378, 18 (V 27, 2) pauxillitatem M^{I}, pusillitatem C.

Alia exempla sunt: p. 303, 16 (IV 3, 3) iter (r.)] ter M^{I}, omis. C; p. 305, 11 (IV 4, 4) primum (r.) M^{I}, plurimum C; 328, 27 (V 16) defendendum (r.) M^{I}, differendum C; 329, 3 (ibid.) resederant (r.) C, desiderant M^{I}; 339, 30 (V 19) tinnitu (r.) M^{I}, et in ictu C; 352, 22 (V 22, 1) dolorem (r.) M^{I}, laborem C; 399, 25 (V 46, 1) militem Vespasianum (r.) M^{I}, milites Vespasianus C.

---

[1] u. p. 361, 24 (= V 26, 2): (interiorem murum quasi) in C litteram (duxit): in caeli terra(m) $M^{I}C$.

Codicis M^{II} sectam praeter P sequuntur BHZ et codices Casinenses (quae ratio inter hos codices et M^{I} intercedat, de hac re ut statuas, exempla non sufficiunt), codicis C sectam praeter I (et $I^{Vind.}$; ecce mendum maxime insigne: III 3, 6 = p. 190, 1 ed. Vss. *Taricheaticum* solum in $I^{Vind.}$ C V, in A simillimum) et A codex V. A cum C artissima coniungitur affinitate, ut Vssani in editione eorum codicum consensum littera notet (α); sed ne existimaueris A ex C esse transscriptum: id ne statuas sescenti obstant loci, uelut p. 235, 22 (= III 26, 2) *hi suppares* C *his apparent* A; 346, 24 (= V 22, 1) *aliut* C *dauid* (antecedit *sed*) A; p. 377, 15 (= V 36, 1) ubi textus tenorem confusum ac corruptum exhibet A, non C; cuius codicis originem ad Cyprianum, episcopum Telonis Martii, referri supra dixi (p. XVII).

Manus secunda codicis V textum repraesentat codicis Z (*cf.* p. 10, 5 = I 6, 1 *dixerint* et p. 11, 26 = I 7, 2 *requies animo*), manus tertia codicis C textum codicis V (*cf.* p. 177, 28 = II 15, 8 *quorum societatem* et 193, 16 = III 4, 2 *diutius*). Codex M^{I} differt a codice C; est alia recensio.

De titulo huius operis

Inscriptio deest in codicibus M^{II} C quorum initia, ut supra dixi, mutila sunt. Ceteri codices (u. ed. p. 3) ita inscribuntur (*litteris maiusculis*, nisi contraria dico): incipit liber Egesippi I T (u. supra); incipit liber hist. b. Egesippi (m. 2 *in rasura*; *ante rasuram* iosipi hi . . . . . m. 1) translatus ab Ambrosio epo H; in hoc corpore continentur egesippi hystoriae libri numero quinque B; incipit tractatus sancti Ambrosii episcopi de historia iosippi (ioseppi Z) captiui translatus (translata V) ab ipso ex greco in latinum ZV; incipit sancti cipriani praefatio super quinque libros historiae ioseppi de bello iudaico A (u. supra de A p. XVII).

Editionis p. 128: (io m. 1, Ege m. 2, ge *litteris minusculis*, E *maiuscula*) sippi lib. primus. expl. incp. secd ambrosi epi de grego transtulit in latinum M^{II} (ambrosi — latinum *litter. min.*);

explicit. liber. primus. (primus *omis.* A) incipit (eiusdem *add.* A) liber secundus: ceteri codices.

Ed. p. 181: finit liber II incp liber III M^{II}; explicit liber beatissimi Ambrosii secundus translt ex egesippo (*ex* iosippo) H; hystoriae egesippi (*litteris non capitalibus in rasura*) liber secundus explicit incipit liber tertius B; explicit liber secundus incipit liber tertius CAZV.

Ante librum quartum codicibus neque nomen auctoris inest nec nomen translatoris (u. ed. p. 238).

Ed. p. 292: finit lib. IIII incp. liber V M^{II}; explicit liber quartus incipit liber quintus HBCV; finit liber quartus incipit liber quintus antiquitatum ioseppi Z; explicit iosepphi storiarum liber IIII de bello iudaico / incipit eiusdem historiographi liber V de clade / et excidio urbis hierosolymae A.

Ed. p. 417: codex M^{I} in fine mutilus (u. supra p. X) caret subscriptione; beatissimi ambrosii / epi trast (= *transtulit*) ex iosepo(?) historiografo (*ex — historiografo* m. 1, ex egesipo m. 2) explicit H; explicit hierusalem liber quintus Z; explicit liber V V^2; finitus liber quintus C; finit liber quin/ tus historiae / iosephi de bello / iudaico feliciter A (quid in eiusdem codicis folio ultimo uerso legatur, u. supra de A, p. XVII).

Ex his locis patet auctoris nomen manu prima codicum (praeter TB) ubique Iosippi (uel similiter) scriptum esse, Egesippi tantummodo in TB. Accedit quod frustulum codicis P haec habet: *incipit de historia Iosippi*. Sed codex T, apographum codicis M, quoniam hunc codicem exprimit manu altera correctum, is autem ante librum secundum Egesippi nomen exhibet ex Iosippi mutatum, statuendum est in codice T ante librum primum Egesippi nomen sumptum esse ex codice M^{II} iam manu altera correcto. Veram igitur huius historiae inscriptionem opinor primitus fuisse *Iosippi historiarum de bello Iudaico libri V*.

Hegesippi uel Egesippi nomen ortum esse ex Iosippi iam Benedictus Niese haud immerito dixit (*Flavii Iosephi opera*, uol. I, p. 5[1]), sed V. Vssani (*Casinensium* l. l. p. 606[2]) immerito

hanc negat originem, quam ad uerum refert Hegesippum (quem ex Eusebii Historia Ecclesiastica constat commentaria, ὑπομνήματα, de prisca confecisse ecclesia), collata codicis B nota ad l. III caput alterum: *incipit quae Egesippus uicinus apostolorum de gestis apostolorum Petri et Pauli commentatus est.* At nota illa codicis B sumpta est ex Hieronymi De uiris illustribus, capite XXII: *Hegesippus uicinus apostolorum temporum.* Postquam illo tramite ex *Iosepus* ortum est Iosippus, mihi quidem uidetur monachus quidam Eusebii Historiae Ecclesiasticae memor a Rufino translatae Hegesippi finxisse nomen quod simili tum efferebatur sono (Ijisippos).

De Ambrosio tamquam translatore

De Ambrosio tamquam translatore (quem dicunt codices HVZ ante librum primum, H etiam ante librum III et post lib. V, M^{II} ante lib. II):

Cassiodorus *Instit. diuin. litt.* I 17: „Qui (sc. Ioseppus)", inquit, „etiam et alios septem libros captiuitatis Iudaicae mirabili nitore conscripsit, quorum translationem alii Hieronymo[1], alii Ambrosio, alii deputant Rufino." Quarum institutionum auctoritati quasi canonicae Otto Scholz, *Die Hegesippus - Ambrosiusfrage* (Dr. Max Sdralek, Kirchengeschichtliche Abhandlungen, uol. VIII, Vratislauiae 1909) p. 170 Hegesippum qui dicitur nomen ait debere Ambrosii tamquam translatoris, quamquam Iuliana (non Vincentius!) Vssani (*Studi preparatorii ad una edizione della traduzione in sette libri del Bellum Iudaicum*, Bolletino del Comitato per la preparazione della edizione nazionale dei classici greci e latini, Nuoua serie, fascicolo I, Roma 1945, p. 85—102) contendit Cassiodorum non dicere Hegesippum qui dicitur (retractationem potius ait esse quam translationem p. 85), sed illam ueram septem librorum translationem, quam inde a duo-

[1] Immerito propter Hieronymi Epist. 71, 5: Porro Iosephi libros et sanctorum Papiae et Polycarpi uolumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata.

decimo demum saeculo sub Rufini nomine ferri[1], deesse autem in indice Gennadiano operum Rufini, u. caput XVII). Haec opinio etsi uera sit, mihi tamen uidentur qui haec Cassiodori uerba legissent, ea non ad Rufini, sed ad Hegesippi qui dicitur operam rettulisse potiorem. Iam quaerendum est, num sint quae intercedant inter Iosippum et Ambrosium. Eos qui Ambrosium huius historiae credunt translatorem, uelut Hermannum Rönsch (*Die lexikalischen Eigentümlichkeiten des sogenannten Hegesippus*: Romanische Forschungen I, p. 256—321, Erlangen 1883; non tamen ita disserit, ut aduersarios prorsus respuat), Maximilianum Ihm (*Studia Ambrosiana*: Jb. f. klass. Philologie, Suppl. XVII 1890), G. Landgraf (AlL XII, p. 465—472), C. Weyman (AlL XIV, p. 41—61), M. Schanz (*Geschichte der röm. Literatur* IV 1^2, 1914, p. 109s.) maxime mouit similitudo sententiae illius apud Iosippum (V 53,1= ed. p. 410, 17ss.): *Vnde nonnullis gentibus mos est, ut ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequantur, quod illos ad aerumnam genitos doleant, hos ad beatitudinem redisse gratulentur, illorum animas ad seruitutem uenisse ingemescant, istorum ad libertatem regressas gaudeant* cum Ambrosii De excessu fratris II 5: *Fuisse etiam quidam feruntur populi qui ortus hominum lugerent obitusque celebrarent; nec inprudenter enim eos qui in hoc uitae salum uenissent maerendos putabant, eos vero qui ex istius mundi procellis et fluctibus emersissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur.* At est sententia tralaticia inde ab Herodoti l. V 4, apud Latinos quoque, uelut Pomponium Melam (II 18) et Valerium Maximum (II 6, 12) quos Otto Faller, Ambrosii operum illius uoluminis (CSEL uol. LXXIII) recens editor, allegavit, illum dicentem: *Alii* (Thraces) *redituras putant animas obeuntium, alii etsi non redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora transire, alii emori quidem, sed id melius esse quam uiuere, itaque lugentur apud quosdam puerperia natique deflentur, funera contra festa sunt et uelut sacra cantu lusuque celebrantur*, hunc affirmantem:

---

[1] Ita iam opinatus est Caesar in editione Weberi et Caesaris, p. 393.

Thraciae uero illa natio merito sibi sapientiae laudem uindicauerit quae natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans sine ullis doctorum praeceptis uerum condicionis nostrae habitum peruidit. Verba si captaueris, maiorem etiam quam inter Iosippum et Ambrosium similitudinem dices intercedere inter Pomponium Valeriumque et Ambrosium, quippe cum Ambrosii uerba lugendi et celebrandi apud illum desint, apud hos inueniantur. Ad figuram transeo rhetoricam, annominationem scilicet (uel ut recenti utar uoce, alliterationem): *cf.* (Landgraf AlL XII, p. 472): Iosippi V 2, 1 (= ed. p. 299, 13s.) *misericordia quae sola solet ableuare miserias, solari aerumnas* et Ambrosii De excessu fr. I 37 *quod sine te solacium capiam qui solus maerentem solari solebas* aut Iosippi I 36, 2 (= ed. p. 72, 15s.) *huic continuo honorem contulit et mortem intulit* et Ambrosii ibid. *qualem te nunc ego, frater, aspicio iam nulla mihi uerba referentem, iam nulla offerentem oscula.* Arte oratoria quoniam imbuti erant et Ambrosius et Iosippus, figurae rhetoricae neque huic ab illo discendae erant neque illi ab hoc. Clausulas Ciceronianas apud Iosippum V. Vssani (*La questione e la critica del così detto Egesippo*: Studi ital. di filologia class. XIV, 1906, p. 245—361) p. 296—299 se fingit inuenisse, immo uero arte quadam (si artem dixeris) construxit. At contra Iosippus quoniam Sallusti sumpsit personam, iis clausulis prorsus caret, etiam in orationibus, ut in illa pulcherrima regis Agrippae, l. II 9, 1 (sed Demosthenicam illam inuenias frequenter adhibitam hexametri clausulam, *e. g.* p. 145, 19 adcumulatur, 146, 25 de praesidibus querimonia, 147, 13 impatientia, 148, 8 perniciosum, 25 sustinuere, 149, 11 sunt fugientem, 19 legibus famulantur, 151, 12 Germania credidit, 22 Pannoniorum, 153, 10 adseruere, 20 subiciuntur); non minore arte excellit V 53, 1 (*quem nos quasi epilogum quendam claudendo operi deplorabilem more rhetorico non praetermisimus*, p. 408, 3s.): arripuisse ministerium (tres dactyli), p. 416, 13. Etiam in prologo (Sallusti persona nondum sumpta) unam saltem clausulam inuenias dactylicam (p. 4, 8 suscepisse negotium). Sed Ambrosius Ciceronianis uti solebat clausulis, quas (ut taceam

de celeberrimis illis orationibus De excessu fratris, De obitu Valentiniani, De obitu Theodosii) in oratione quoque non exculta adhibebat. Legendo Explanationem symboli (a quodam notario uel catechumeno notis exceptam, *cf.* quae dicit Otto Faller in CSEL,vol. LXXIII, p. 15*) sonoras illas clausulas audias; Ambrosio igitur sponte currebant. At Iosippi ars constabat et repetitionibus (ἐπαναφοραῖς) et annominationibus uel allitterationibus (uelut p. 368, 11 = V 29 *perfidis perfidia*) et antithetis; excellit trimembribus (itaque nequaquam delendum p. 187, 14 = III 3, 2 *quos ordines quid muneris*).

Ex his igitur inquisitionibus apparet neque in sententiis neque in arte oratoria quicquam decretoriae similitudinis intercedere inter Iosippum et Ambrosium.

Nunc uocabula perscrutemur.

Hermanni Rönsch libro (u. supra, p. XXVI) et Alexandri Souter glossario (*A Glossary of Later Latin*, Oxford 1949) et Indice grammatico Vssaniano fultus uocabula Iosippi contuli cum ThlL et ubi deficiebat cum Forcellinio.

A. Vocabula rara quae tantummodo apud Iosippum et Ambrosium inueniuntur:

ableuare: uestimenta ed. p. 137, 26 (= II 4), *translate*: dolorem 147, 18 (= II 9, 1) et 352, 22 (= V 22, 1); miserias 299, 13 (= V 2, 1). Apud Ambrosium frequenter: De Iacob 2, 11, 51 (aerumnam), De uirginibus 3, 7, 33 (fidem), Exhort. uirginit. 6, 34 (onera condicionis), De uid. 6, 36 (dolorem), De bono mortis 5, 16 (animam), De fuga saec. 7, 38 (ableuare se a saeculo, ableuare se a corpore), De Isaac 3, 6 (abducebat se et ableuabat uitiis saeculi huius).

fefellit opinio (omisso accusatiuo) p. 8, 15 (= I 2, 1) et 11, 16 (= I 7, 1). *Cf.* Ambros., De offic. I 18, 72 nec fefellit sententia.

infirmibus (pro *infirmis*) p. 200, 5 = III 8, 2 (codex Z solus *infirmioribus*). Sexies apud Ambrosium, sed ubique l. u., *cf.* ThlL, uol. VII 1, p. 1441, 34s.

pauxillitas: p. 378, 18 = V 37, 2 *pauxillitatem hominis*. *Cf.* Ambros. 6 Hexaëmer. 9, 54 ut neque enormis proceritas sit neque uilis et abiecta pauxillitas (sc. corporis humani).

placidare p. 286, 4 (= IV, 27) placidatur a fragoribus. *Cf.* Ambros., De Cain et Abel I 3, 11 graues motus nostrae adulescentiae fida senectutis statione placidantur; Praef. in ps. 45, 3 nec ulla in profundo mentium definitionis stabilitate placidantur; Epist. 43, 12 quasi bonus arbiter . . . placidans eos. At *placiditas* iam apud Varronem: R. R. II, 1, 4.

Redoperire (= retegere) p. 383, 23 = V 40, 2. *Cf.* Ambros., De Noë et Arca 20, 72 (redoperuit et retexit); 30, 115 (redopertus: sc. Adam); De Nabuthe 1, 2 (redoperi terram).

refragium p. 282, 29 (= IV 26, 3) et 362, 15 (= V 27). *Cf.* Ambros., In psalmos 35, 17 (studio, non refragio).

repulsorium p. 193, 15 = III 5, 2 (*Persarum repulsorium*, Antiochia scilicet). *Cf.* Ambros., In ps. 118 serm. 4, 15 uerbum enim Dei repulsorium taediorum est.

Resultatio (= resonantia) p. 268, 14 (= IV 17). *Cf.* Ambros., Hexaëm. 3, 5, 21; In ps. 1, 9, 1. At resultare (= resonare) iam apud Vergilium.

B. Voces et constructiones Iosippi communes cum aliis neque tamen cum Ambrosio:

adsuescere *transitiue* p. 18, 13 = I 12, 3 (adsuerunt se Pharisaei mulieri). Iam apud Hor. Sat. II 2, 109: Hic qui pluribus adsuerit mentem corpusque superbum; I 4, 105: Insueuit pater optimus hoc me.

Comparatiuus pro superlatiuo (ut posteriore Latinitatis aetate) p. 5, 25 = I 1, 4; 71, 24 = I 36, 2; 86, 16 = I 40, 5 (*seniore regis filia*, at apud Iosephum *BI* I 483 τὴν πρεσβυτάτην τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων).

conterminare p. 283, 12 = IV 27. Sex loci apud Ammianum; aliorum loci in ThlL non afferuntur.

cruciari id quod *cruci (ad)figere* p. 337, 8 = V18, 3.Apud alios quoque auctores nec tamen apud Ambrosium.

datur intellegi p. 139, 26s. = II 5, 2. Non apud Ambrosium.

esuries p. 335, 18 = V 18, 2; extrema Latinitatis aetate.

intaminatus (= incontaminatus) p. 324, 2 = V 16. Iam apud Horatium. At Ambrosius dicit *incontaminatus*, *cf.* De exc. fr. I 1 (*hostiam incontaminatam*).

magis omissum ante *quam*, particulam comparatiuam, p. 93, 12 (= I 40, 13); 359, 14 (= V 24, 4). Non apud Ambrosium.

nescius sequente accusatiuo p. 244, 6 (= IV 4, 1) parem nescius. Non apud Ambrosium.

quod (sequente coniunctiuo) post *dubitare* p. 386, 21 (= V 41, 2). Non apud Ambrosium.

scena id quod *translate* theatrum p. 84, 4ss. = I 40, 1 cuius, sc. Antipatri, uita nihil aliud erat nisi quoddam uersutiarum conciliabulum, scena improbitatis, argumentum scelerum, flagitiorum mysterium (apud Iosephum BI I 470 simpliciter τὸν Ἀντιπάτρου βίον οὐκ ἂν ἥμαρτέν τις εἰπὼν κακίας μυστήριον); 99, 12 = I 41, 9; 249, 13 = IV 6. 5. Sic Apuleius Met. IV 26.

sponsus id quod maritus p. 89, 20 (= I 40, 9). Hoc significatu haec uox est in inscriptionibus et Vulgata.

uice priore p. 191, 23 (= III 4, 3). Hac significatione auctores inde a quarto post Chr. n. saeculo usi sunt (Souter).

C. Vocabula quae Iosippus solus praebet:

aerumnior (= aerumnosior) p. 98, 27 = I 41, 9. *Cf.* Gloss. V 344, 33 a⟨e⟩rumnus infortunus et II 433, 41 σκληρός durus aerumnus rigidus.

excitor: belli excitores p. 160, 10 = II 10, 4 et 194, 8 = III 5, 3 et 371, 1 = V 30, 1; -toribus belli 252, 18 = IV 7.

inexcruciatum p. 346, 19 = V 22, 1.

insuebatur sagittis p. 264, 7 = IV 15, 2.

lenocinanter p. 74, 26 = I 37, 3. Est unicus locus etiam apud Souter.

refrigĕre (Souter: with acc. *shrink from*): impetum non refrigebant p. 8, 2 = I 1, 9 (sed hac in parte C et M^{II}, codices antiquissimi, principiis mutilis, desunt).

stipamen p. 142, 13 = II 6, 3 (turbae stipaminum).

Accedit quod *comperto ea* p. 133, 22 (= II 2, 2) locutio est ab Ambrosi mente ac dictione prorsus aliena.

In uniuersum iudicanti ac perpensanti in dictione Iosippi plura differunt ab Ambrosii dictione quam cum ea consen-

tiunt[1]. Sed quid argumentor, quid disputo? Qui orientem cum Oronte confudit, non potest esse Ambrosius ne adulescentulus quidem. Legitur enim III 5, 2 (= p. 193, 1—5): *fluuius eam* (sc. Antiochiam) *medius intersecat, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe in mare conditur, quem de originis suae tractu Orientem ueteres appellauerunt, ut uulgo putetur locis nomen dedisse, cum inde acceperit* (ceterum *Oriens* nihil habet commune cum *Oronte*, sed inter *Orientem* et *Orontem* nihil differt nisi una syllaba).

De auctoris aetate

Sed quoniam Ambrosius non transtulit, quis transtulit? Id ut eruamus, de auctoris agendum est aetate. Josephus Wittig, *Der Ambrosiaster „Hilarius"* (Dr. Max Sdralek, Kirchengeschichtliche Abhandlungen, uol. IV, Vratislauiae 1906) p. 54 ait Hegesippi l. V c. 15 (ed. p. 319, 26—320, 5) quae Theodosius annis 367 s. feliciter gesserit notari, ignorari autem Gothorum bella (annorum 379—382), collata J. F. Gronouii Monobiblo *Obseruatorum in scriptoribus ecclesiasticis* (1651), p. 5; *cf.* etiam V. Vssani, *Studi It.*, uol. XIV, p. 306. Hic locus Iosippi ita fertur: *quid adtexam Brittanias interfuso mari a toto orbe diuisas, sed a Romanis in orbem terrarum redactas? tremit hos Scothia, quae terris nihil debet, tremit Saxonia inaccessa paludibus et inuiis saepta regionibus, quae licet furta belli uideatur audere, et ipsa frequenter captiua Romanis accessit triumphis. ualidissimum genus hominum perhibetur et praestans ceteris, piraticis tamen myoparonibus, non uiribus nititur, fugae potius quam bello paratum* (nihil apud Iosephum quod conferas, aliter atque l. II 9, 1 = ed. p. 151, 13—15, u. supra p. XXI). Addendus est locus de Constanti-

[1] Alia inuestigandi ratione usus idem statuit I. P. McCormick *A study . . . in Hegesippus* (Cathol. Uniuers of Amer., Patristic Studies, uol. XLIII, 1935), u. imprimis eius summarii p. 211 ss. — Iosippi dictio est quarti saeculi (nondum quinti), colore Sallustiano fucata (u. p. XXVIIs.). Illius more ac ritu auctoris genetiuis indulget in -um desinentibus et infinitiuis historicis.

nopoli (III 5, 2 = p. 193, 14s.): *nunc quarto* (loco, sc. Antiochia), *postquam Constantinopolim excreuit ciuitas Byzantiorum.*

Sed quis auctor huius historiae est Ambrosio non probato?

Wittig l. l. non rectam ingressus est uiam, sed tramitem peruersum. Commentatione enim nisus uiri docti G. Morin, qui Ambrosiastrum qui dicitur inde ab Erasmi temporibus, *i. e.* auctorem commentariorum in tredecim epistolas beati Pauli, et Quaestiones Veteris et Noui testamenti Isaac, homini Christiano ex Iudaeo, attribuerat (*L'Ambrosiastre et le juif conuerti Isaac*: Revue d'histoire et de littérature religieuses IV 2, p. 97—121, Paris 1899)[1], hac scilicet nisus commentatione non solum Ambrosiastrum et Quaestiones, sed etiam Gaudentii sermones Isaacis esse contendebat (p. 31). Neque in ea re acquieuit, sed auctorem historiae de qua agimus et aliorum librorum (quos p. 63 enumerat) eundem ait esse, hoc uero magis affirmans quam argumentis probans. Nam cum in Ambrosiastri principio (*cf. In epist. ad Romanos*, cap. I ad uersum primum, P. L. uol. XVII) legatur: *Apud ueteres nostros ratione nomina componebantur, ut Isaac propter risum et Iacob propter calcaneum*, patere Isaac (= Γέλωτα, *cf.* Eusebii Praepar. Evang. IX 19, 3) et Hilarium et Gaudentium eiusdem hominis esse nomina, quippe quae idem significent. Contra ea dico Quaestiones et Ambrosiastrum (eiusdem esse auctoris Alexander Souter in editione sua Quaestionum Veteris et Noui testamenti euicit, CSEL, uol. L, 1908, p. XII[1] et XXIV) non posse ei tribui qui hanc confecit historiam, quoniam Quaestionum dictio Iosippi dictione magis est uulgaris. Quod tibi par ac consentaneum uidebitur, haec si perspexeris Quaestionum: *ab id quod*; *cum id quod*; *debet* id quod *oportet*; *extollitus*; *intra* i. q. *infra* (ut apud Italos qui nunc sunt); *minoro*; *modo* i. q. *nunc* (apud Italos australes qui nunc sunt, *mò*); *paupera* fem.

De Gaudentio autem magis ridendum est quam arguen-

[1] Quam opinionem postea retractauit: *Hilarius l'Ambrosiastre* (Revue Bénédictine XX, 1903, p. 113—131): auctorem esse Decimum Hilarianum Hilarium.

dum, quippe qui ipse profiteatur se ex gentilibus oriundum esse: *cf.* Tractatum IX 17 (p. 79, lin. 148s. ed. Ambros. Glueck, CSEL, uol. LXVIII) *nam canes eramus nos quondam gentes et filii erant aliquando Iudaei*; X 24 (p. 100, 229s.) *nos utique eramus gentes*; I 8 (p. 20, 44ss.); I 18 (p. 22, 101s.); IX 30 (p. 83, 253s.).

De Isaac ex Iudaeo

Restat, ut de Isaac disputemus, quem Wittig, ut supra dixi, magis affirmauit quam argumentis probauit huius historiae esse auctorem. Quis fuit? Audi Hieronymum, *Comment. in Epist. ad Titum*, cap. III, u. 9 (μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλογίας καὶ ἔρεις καὶ μάχας νομικὰς περιίστασο· εἰσὶν γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι): *Audiui ego quendam de Hebraeis, qui se Romae in Christum credidisse simulabat, de genealogiis Domini nostri Iesu Christi quae scripta sunt in Matthaeo et Luca, facere quaestionem, quod uidelicet a Salomone usque ad Ioseph nec numero sibi nec uocabulorum aequalitate consentiant. Qui cum corda simplicium peruertisset, quasi ex adytis et oraculo deferebat quasdam ut sibi uidebatur solutiones, cum magis debuerit iustitiam et misericordiam et dilectionem Dei quaerere et post illa, si forte occurrisset, de nominibus et numeris disputare. Satis forsitan de Hebraeorum supercilio et plus quam necesse fuerit dixerimus.* Th. Zahn, *Der Ambrosiaster und der Proselyt Isaak* (Theolog. Literaturblatt 1899), p. 313—317 ab Hieronymo cognouit notari illum Isaac, papae Damasi aduersarium, qui caput eius in periculum uocauit, Vrsini, competitoris eius, socium. In Auellanae collectionis (CSEL, uol. XXXV) capit. 13, 5 eius relegatio ab imperatoribus Gratiano et Valeriano promulgatur: *Hisacem remotus Hispaniae angulus titulo damnationis inclusit.*

De mente huius scriptoris anonymi

Vt hanc quaestionem disceptem, auctor huius historiae quae senserit et qua mente fuerit, perquirendum est. Est

homo Iudaeus et gente et mente, baptismate tamen Christianus factus, cui dulce est inter maiorum (quos patres dicit) uersari habitacula (profiteor quoscumque allegauerim locos, iis nihil inesse quod a Iosepho pendeat): IV 18 (= ed. p. 269, 20—270, 4) *Nobis autem ... cordi est patrum ex Aegypto egredientium usque in terram resurrectionis repetere uestigia, ut si cui forte nostra in manus ueniant, non nostra legat, sed patrum relegat. Dulcius est enim inter maiorum uersari habitacula et ueterum dicta factaque recensere memoria atque eorum inhaerere gratiae*; qui patriam perisse legem dolet ueteremque cultum: l. IV 5 (= p. 247, 12—15): *sed iam tempus est ut quae Hierosolymis gesta sunt adoriamur, non ingenio freti, sed ne patriae legi ueterique cultui nostri doloris uideamur negasse ministerium*; quem, ut ait ipse (V 2, 2 = p. 301, 11—15) *oportuit uberiore quadam deploratione praeire funus quoddam patriae sollemnitatis et uelut quasdam exequias prosequi ac soluere iusta maiorum institutis*, quibus uerbis ad eam respicit deplorationem, quae sectione priore capitis continetur secundi libri quinti, cum aliis figuris exornatam rhetoricis tum repetitione (ἐπαναφορᾷ) quincuplici: *exsurge nunc, Moyses*; *exsurge, Aaron*; *suscitare et tu, Iesu Naue*; *suscitare, Dauid*; *suscitare, Helisee.* Qua mente fuit, ea commotus custodem sacrae gazae uituperauit, quod cum a Romanis comprehensus esset, metu coactus permulta Romanis tradidit. Itaque non acquieuit Iosephi sententiae (BI VI 391 ἅπερ αὐτῷ βίᾳ ληφθέντι τὴν τῶν αὐτομόλων συγγνώμην ἔδωκε = V 48, p. 403, 7s. *unde et ueniabile apud suos flagitium fuit*), sed subiunxit (lin. 8ss.): *tamen, etsi uoluntas defuit, deesse uirtus non debuit ... refugere ... debemus facti ministerium et indicium proditionis.* Idem cum l. V 44, 1 prodigia quaedam ex Iosepho enarrat quae circa templum futura praenuntiabant, non ex Iosepho se excusat non accusatus: p. 392, 1—9: *nec quisquam arbitretur aliena nos a cultu nostro* (sc. Christiano) *et disciplina locutos, primum quia non quid nobis uideatur adstruimus, sed quid acciderit quaeue opiniones tunc temporis fuerint, quid prudentes senserint, quid imprudentes. neque cum de secta Iudaeorum aliquid dictum est, ita scriptum uideatur*

a nobis, quasi in ueritate cultus eorum, non quasi in umbra et figura praemissos contexeremus, ut sequerentur perfectiora. Haud immerito Scholz l. l., p. 194 mentionem hic facit proverbii Francogallici quo qui se excuset, se accusare dicitur.

Homo Iudaeus uiditne Palaestinam ibique fuit? Hac in re primum haereas. Galilaeam ex Iosepho describens non ex Iosepho addit (III 6, 3 = p. 196, 19—21): *inenarrabile quanto decori sit, cum uento impulsi palmarum ordines concrepant et suauiores solito funduntur dactylorum odores.* Id ut maiorem adderet dictioni uigorem num addiderit, hic dubites. Sed quoniam cum Syrorum describit turpe pecuniae studium (V 24, 3), consuetudinis non ex Iosepho facit mentionem, quae tunc temporis in usu fuit (p. 358, 8—11: *quod etiam nunc in huiusmodi hominum genere reperias et nonnullis Aegyptiorum, ut curandis funeribus negotientur et officia humanitatis uendant mercaturae compendiis*), patet ipsum uidisse quae describeret[1].

Mireris hominem orientalem Orientem et Orontem confundere (u. p. XXXI). Ne mireris autem hominem confudisse qui ipse suum profiteatur ingenium incultius (*cf.* IV 18 = p. 269, 20s. *nobis autem quibus incultius ingenium est*; conferas etiam Prologi § 2: *non ingenii ope fretis*). Sed qua mente ac ratione nonnulli uiri docti cum Ambrosium huius historiae arbitrarentur esse auctorem, eum (cuius ingenium, contra atque huius auctoris, cultissimum erat) talem confusionem sustinebant exponentem?

Christianum se ubique hic scriptor profitetur, *e. g.* V 2, 1 (= p. 301, 1—3) *numquam illa urbs periit, nisi quando vere templum dei domesticis manibus crucifixerunt* ii quorum lex patria et cultus fuerant umbra non ueritas (*cf.* IV 5 = p. 247, 15 et illum locum, quem supra allegaui, V 44, 1 = p. 392, 2—9); Iudaeis probro dat perfidiam: Prolog. 1.

Supra dixi de Isaac ex Iudaeo, nunc de scriptore huius

[1] Partes Palaestinae australes non uidetur cognosse, IV 23, 2 (= p. 277, 11—13) *terebinthus illic magna arbor a constitutione mundi fuisse adseueratur. nunc tamen utrum adhuc maneat incertum nobis est* (uerba *nunc — est* ipsius sunt, non Iosephi).

historiae, item ex Iudaeo. Nonne censendum est Isaac et hunc scriptorem esse eundem? Id autem facilius proponas quam argumentis euincas. Non solum enim homines comparandi sunt eorumque mens ac ratio, sed etiam opera eorum.

Isacis duo opuscula feruntur, alterum sub eius nomine (*Fides Isatis ex Iudaeo* [Isatis pro Isacis, litteris t et c confusis] codex C habet, unus ex duobus quibus hoc opusculum traditur, in altero codice omisso nomine inscribitur *Liber de trinitate*, unde apparet hanc Fidem fragmentum esse eius opusculi, quod Gennadius in appendice Hieronymi *Virorum Illustrium* cap. 26 Isaac testatur scripsisse), alterum in eo codice quo uno traditur (Ambrosiano, olim Bobiensi) sine nomine auctoris inscribitur *Expositio fidei catholicae*; quoniam autem haec Expositio haud pauca habet communia cum Fide Isacis (u. nouam editionem, p. 346), dubium uix potest esse, quin ea quoque eiusdem sit auctoris. In noua editione illa complectitur sex paginas et dimidiam, haec unam paginam et dimidiam. Cum Iacobus Sirmond editionem principem fecisset Fidei Isacis, ter edita est (ab Ioanne (Hans) Zeuschner, *Sdralek e. q. s.* (u. p. XXV) uol. VIII, 1909, p. 99—148, ab Alexandro Souter anno 1930, ab A. Hoste anno 1957, *Corporis Christianorum Seriei Latinae*, uol. IX, p. 337—343, adiuncta Expositione p. 347 s.).

Quicumque leget Fidem (Expositio breuissima est), eius menti obuersabitur homo orientalis digitis calculans et computans. Audi Fidei tenorem: *Quinque enim sunt omnia, quae sunt haec, sed tria et duo fiunt in diuisione. haec autem quae tria sunt secundum sermonem humanum et secundum quod tria sunt, diuiduntur et uere tria sunt et habent inter se aliquid propter quod tria non sunt, sed unum . . . Duo autem quae a tribus diuisa sunt, haec sunt diuinitas et opera eius . . . igitur tria quae diuisa sunt a duobus, haec sunt: deus pater innascibilis, non ex aliquo, et deus filius unigenitus, ex aliquo, hoc est ex patre, et spiritus sanctus innascibilis ex aliquo, hoc est ex patre, et sunt haec quae, cum tria sunt, unum sunt.* Hanc Fidem quam Gennadius l. l. obscurissimae dicit esse disputationis et inuoluti sermonis, ego iudico uno abstrusae absurditatis

tenore dialecticique sermonis et conceptam et conscriptam esse. Haec igitur Fidei materia, hic finis (quem Graeci σκοπόν dicunt). Alia huius historiae materia, cuius scriptor narrandi studio tenebatur, non argumentandi. Vocabula autem in comparationem non possunt uocari. Fides enim, quamquam multorum uerborum, tamen paucorum est uocabulorum (nam eadem uerba saepe iterantur). In iis autem uocabulis — ceterum tritis — non inuenias quae cum huius historiae compares uocabulis, nisi aliquo aestimes momento, quod Isaac ut Iosippus Spiritum sanctum dicit, non sanctum Spiritum.

Itaque ut huic argumentationi iam finem imponam, Isaac propter mentem tamquam huius historiae auctor excludi quidem non potest, sed non sunt argumenta quibus eum esse auctorem euincas.

De Iosepho Slauo

Ecce necopinato ex inferis phantasma exortum est, Iosephus Slauus. Editus enim est in Actis Uniuersitatis Dorpatensis B (continentur Humaniora) V (Tartu, olim Dorpat, 1924) hic liber Alexandri Berendts et Conradi Grass: Flauius Iosephus, De bello Iudaico, l. I—IV secundum translationem Slauicam lingua Germanica editi et cum textu Graeco comparati (titulo ne decipiaris: continetur solum principium; secutae sunt aliae partes: IX, Tartu 1926; X, Tartu 1927; XI, Tartu 1928; plures libri quam quattuor, quod sciam, editi non sunt). Idem A. Berendts de hac translatione iam anno 1906 lingua egerat Germanica TU Nouae Seriei, uol. 14, fascic. 4: Testimonia de Christianismo in translatione Slauica Iosephi Belli Iudaici. Berendts cum in Actis B V, p. 23 contendit Iosephum opus suum lingua Aramaea confectum bis Graece transtulisse, quarum translationum priorem simpliciorem et magis uulgarem fuisse, ualde errat. Iosephus enim ipse de una sola translatione loquitur Graeca, BI I 3 Niese προυθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀνέπεμψα πρότερον ἀφηγήσασθαι et 6 ἄτοπον ἡγησά-

μενος περιιδεῖν πλαζομένην ἐπὶ τηλικούτοις πράγμασι τὴν ἀλήθειαν καὶ Πάρθους μὲν καὶ Βαβυλωνίους Ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς . . . ἀγνοεῖν δὲ Ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους. Quod enim Iosephus Slauus oratione utitur recta, ubi Iosephus Graecus eam rem oratione refert obliqua et arte quadam composita, id uirum doctum induxit ut duas statueret translationes (*cf.* Actorum B V, p. 26—31). At non Iosephus auctor uulgarem edidit translationem, sed Iosephi Slaui archetypum Graecum (de quo u. p. XLII) ut a uulgo intellegeretur, uulgari exaratum erat dictione.

Quid enim est Iosephus Slauus? Est opus quod Graece Συλλογήν dicas, Latine Collectionem uel potius Collectanea, quorum fundamentum est Malalae historia retractata; mixta autem et quasi inuoluta haec sunt collectanea partibus Iosephi Slaui et finiuntur chronicis chronistae urbis Perejasslawl, quae chronica ad annum MCCLXI referuntur (*cf.* Acta B V, p. 9—22; huius operis codicum plurimum ualet codex quidam saeculi XV). In TU l. l., p. 6ss. Berendts octo capitibus de illis egerat testimoniis. Capitibus primo et secundo nihil commune est cum Iosippo. In tertio capite de Ioanne Baptista agit ab Herode minore occiso. Iosephus Slauus Herodem ait Philippo fratre mortuo demum Herodiadem, uxorem eius, in matrimonium duxisse, sed Iosippus fratre etiamtum uiuo: II 5, 3 = p. 140, 10 *fratris uiuentis uxorem eripuerat* (apud Iosephum Graecum ea de re neque in BI neque in AI sermo est). Quod Berendts dicit (p. 21), cum Iosippi uerba (ibid. l. 10s.) *praesertim habentem* (sc. Herodiadem) *semen de germano ipsius* in adulterio hominis cum uxore hominis uiui sensu careant, ad Iosephum Slauum (*i. e.* ad archetypum eius Graecum) referenda esse, prorsus non intellego. Ceterum Iosippus euangelia (Matth. 14, 3s.; Marc. 6, 17s.) secutus est, secundum quae et ipsa Herodes Herodiadem habebat uxorem, quamquam cum Philippo fratre eius uiuo iuncta erat matrimonio.

Differt Iosephus Slauus in narratione de Ioannis Bap-

tistae occisione. Nam Iosippo II 5, 3 (= p. 140, 5) dicente *in carcerem trusit Iohannem* (ubi capite truncatus est: Ios. AI XVIII 119; Eu. Matth. 14, 10, Marc. 6, 27) Iosephus Slauus Ioannem ait (*cf.* l. l., p. 22) semper Herodem arguisse ubicumque inuenisset et tamdiu, donec rex eum iusserit obtruncari.

De Christo: Iosippus II 12, 1 (= p. 164, 18—20) dicit: *nam cum alii precando meruerint facere quae fecerunt, hic in potestate habebat ut omnia quae fieri uellet, imperaret.* Similia Iosephus habet Slauus (p. 23). Certe Iosippus ea non sumpsit ex Iosepho Slauo (*i. e.* ex eius archetypo Graeco uel potius ex archetypo illius archetypi), sed nouerat et indicabat, quantum actiones distarent apostolorum qui precando meruissent facere, quae fecerunt, et Iesu qui quae fieri uellet, imperaret. Verbis ed. p. 164, 15—17 (= II 12, 1) *excidium quoque templi futurum adnuntiavit, sed non eos templi iniuria commovit, sed quia in flagitiis ab eo et sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit ut interficerent eum*, his uerbis, ut ait Berendts (p. 24), nonne Iosippus acerrime contradicit tabulae quartae illarum tabularum quae a Iosepho Slauo memorantur, ubi legebatur Iesum ut regem non regnasse, sed esse crucifixum, quod urbis excidium adnuntiasset et templi desolationem?[1] Sed cui Iosippus illius meminisse tabulae (dummodo fuerit) et ex Iosepho Slauo (*i. e.* ut iterum moneo, ex archetypo eius Graeco) ea uidetur sumpsisse? Et quae leguntur apud Iosippum V 44, 3 (= p. 395, 2—7) *quod secundum illud tempus futurus esset uir, qui de regione eorum imperium adsumeret in orbem terrarum . . . id alii ad Vespasianum referendum putarunt* (sicut Iosephus BI VI 312s.), *prudentiores ad dominum Iesum*, haec est interpretatio Christiana, quam ne mireris Iosephum Slauum praebere sicut Eusebium H. E. III 8, 11 et codicem Iosephi

[1] Ne decipiaris nota illa in *Indice nominum et rerum* sub lemmate *Hierosolymitanus* p. 463. In stela enim illa a C. Clermont Ganneau inuenta et edita (Revue archéologique, Nouvelle Série XXIII [1872], p. 214ss. et 290ss.) nequaquam legitur Christum regem non regnasse, sed supplicio affectum esse, sed alienigenae in spatium sacri interius ingredi uetantur.

Vrbinatem s. XI nota recentiore ad hunc Iosephi locum apposita (u. Niese, Iosephi operum, uol. VI, p. X): . . . ἀλλὰ γὰρ ὁ χριστὸς μόνος τηνικαῦτα καὶ τῆς ἰουδαίας ὡρμήθη· καὶ τῆς οἰκουμένης ἦρξε· καὶ ἔτι νῦν ἄρχει κτλ.

Ceterum Iosippus cum Tacito nonnulla habet communia, uelut famam qua bitumen lacus Asphaltitae ferebatur ferro uel alia praeacuta metalli specie abscindi non posse, cedere autem sanguini mulierum menstruo (*cf.* Tacit. Hist. V 6 et Iosippi IV 18 = p. 271, 2—5): haec descriptio similior est Taciti descriptioni quam illis quae apud Iosephum BI IV 480s. leguntur προσήρτηται τῷ μηρύματι (τῆς ἀσφάλτου) τὸ σκάφος ἕως ἂν ἐμμηνίῳ γυναικῶν αἵματι καὶ οὔρῳ διαλύσωσιν αὐτήν, οἷς μόνοις εἴκει. Vaticinium quoque illud apud Tacitum cum interpretatione pagana est, Hist. l. V 13 *pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri eo ipso tempore fore ut ualesceret Oriens profectique Iudaea rerum poterentur. quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerunt.*

Vincentius Vssani anno MCMXIV (Rivista di filologia e d'istruzione cl. uol. 42, p. 417ss., *Su la più antica storia del testo di Flavio Giuseppe*[1]) Iosippum et Iosephum Slauum opinatus erat ad archetypum quoddam spectare (u. imprimis p. 427). At editis iam Iosephi Slaui libris multis post annis (Rendiconti della Pontificia Accademia romana di archeologia, uol. VIII [1931/32], p. 227—237, *L'Egesippo e il Giuseppe Slavo*) contraria affirmabat et argumentis probare conabatur Iosephum Slauum pendere ex Iosippo. Examinemus igitur quae attulit! In iis quae Iosephus Graecus BI I 157 tradidit: παραδοὺς δὲ ταύτην (τὴν Συριακὴν ἐπαρχίαν) τε καὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὰ μέχρις Αἰγύπτου καὶ Εὐφράτου Σκαύρῳ διέπειν minus diligenter καὶ τὰ usque ad Εὐφράτου et Iosippus (*cf.* I 18) et Iosephus Slauus omittunt. Fabatum quem Iosephus BI I 575 Καίσαρος διοικητὴν dixit, Iosippus I 44, 8 (= p. 117, 29s.) recte dicit Romanae rei moderatorem et intimum Caesaris (quoniam is institutus erat a Caesare procurator), Iosephus Slauus procuratorem Romanum. Γράμματα (BI I 620),

[1] Caue credas Iosephi textum ex Plinio interpolatum esse.

i. e. unam epistulam, Iosippus cum I 44, 6 (= p. 114, 3) dicit epistulas, loco illo Iosephi Graeci deceptus esse non uidetur, quia seriore Latinitatis aetate epistulae unam significare poterant epistulam (*cf.* Löfstedt, *Syntactic.*, part. I, ed. alt. p. 43); in eodem capite (§ 8) epistulam Caesaris (BI I 633 τὰ παρ' αὐτοῦ γράμματα) modo litteras appellat, modo epistulam (*cf.* 119, 1 *in litteris tuis*, 3 *tuam epistulam*, 4 *litteras Caesaris*). BI autem loco deceptus est Iosephus Slauus (*mit Briefen*). Sed BI I 199 ubi Caesar Antipatro concedit ut restituteret moenia patriae diruta, et Iosippus et Iosephus Slauus decepti sunt. Apud Iosephum enim τῆς πατρίδος intellegendum est *urbis patriae*, Iosippus autem (I 25, 3 = p. 40, 24) terrae patriae intellexit (*muros Iudaeae qui bello diruti erant*; at conferas § 4 = p. 41, 1s. *et primo quem Pompeius destruxerat murum*, sc. Hierosolymorum, *in ueterem statum reformauit*). Similia praebet Iosephus Slauus (*daß er hinzubauen dürfe die niedergelegten Mauern in allen Städten*). Coniurationis in Herodem maiorem (BI I 599s.) particeps erat Mariamme, uxor eius. Sed utra Mariamme? Non celeberrima illa, Alexandro genita, sed primi sacerdotis filia, ut ait Iosephus (ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ). Iosippus quamquam I 43, 7 (= p. 110, 2) non addit „primi sacerdotis filia", tamen hanc Mariammen nequaquam cum celeberrima illa confundit, quippe cuius necem antea (cap. 37, 6 = p. 77, 18) narrauerit. Sed utramque confudit Mariammen Iosephus Slauus (*weil sie tot war*, sc. Alexandri filia, ideo eius coniurationis particeps non nominatur). Quae Bello Iudaico de lacu Asphaltita ab Iosepho narrantur, non prorsus eadem esse atque quae ab Iosippo, supra (p. XL) dixi. Idem ualet in Iosephum Slauum.

At ualde me mouet (sicut mouit Vincentium Vssani) quod est apud Iosippum II 5, 4 (= ed. p. 140, 22s.) *et fugatus* (sc. Herodes minor) *in Hispaniam una cum uxore Herodiade maerore animi consumtus est.* Et similiter apud Iosephum Slauum: *unter vielem Kummer*; in BI II 183 simpliciter narratur καὶ Ἡρώδης μὲν ἐν Σπανίᾳ (sic codices; Γαλλίᾳ Niese) συμφυγούσης αὐτῷ καὶ τῆς γυναικὸς τελευτᾷ. Haec Iosippi et

Iosephi Slaui sententia unde orta est? Incertum, nisi censueris Herodem utrique poenam dedisse uisum esse Ioannis Baptistae ab eo occisi (de Iosippo conferas II 5, 2 = p. 139, 24s.) sicut uulgo eiusdem occisionis poenam uisus est dedisse clade ab exercitu eius accepta (*cf.* Iosephi AI XVIII 116).

Archetypum Iosephi Slaui ad illa tempora refertur bellorum quae Christianae rei causa suscepta sunt, quibus temporibus non solum Christiani infideles inpugnabant, sed etiam Graeci in Latinos inuehebantur quos corruptibiles increpabant (u. Vssani, l. l. p. 235). Certe Iosippus nihil sumpsit ex archetypo istius Iosephi Slaui; num quid illud Iosephi Slaui archetypum ex Iosippo sumpserit, incertum.

Phantasma igitur illud Iosephi Slaui ad inferos rursus descendat.

De Iosippi opere

A. De prologo

In prologo Iosippus historiam ait Iudaeorum inde a regibus usque ad incendium templi contineri et IV Regnorum libris, quos ipse historiae in modum composuerit, et libris Maccabaeorum et Iosephi opere (De bello Iudaico scilicet), quem tam laudat ut relatorem egregium quam reprehendit ut consortem perfidiae Iudaeorum, quod non tam religioni et ueritati attentus fuerit quam rerum indagini et sermonum sobrietati. Christianam igitur Iosephi operis suam profitetur editionem, ut eruat aliqua uel de reuerentia sacrae (i. e. Mosaicae) legis uel de sanctae (i. e. diuinae) constitutionis miraculo.

B_1. De historiae narratione

Incipit: *Bello Parthico quod inter Macchabaeos duces gentemque Medorum diuturnum ac frequens uariaque uictoria fuit, incentiuum dedit sacrilegii dolor.* Cur „Bello Parthico“ et „Medorum“, cum Macchabaei bellum gesserint aduersus Seleucidas, Syrorum reges? Quoniam Seleucidarum quasi heredes exstiterant Parthi, sicut illi Medorum i. e. Persarum. Aliter Iosephus narrare incipit BI I 31: Στάσεως τοῖς δυνατοῖς

Ἰουδαίων ἐμπεσούσης καθ' ὃν καιρὸν Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Ἐπιφανὴς διεφέρετο περὶ ὅλης Συρίας πρὸς Πτολεμαῖον τὸν ἔκτον. Iosippus enim in hac narratione non Iosephum secutus est, sed Maccabaeorum libros, ut ex his elucet rebus: 1. Sacerdos ille defectionis auctor ab Iosippo sicut libris Maccabaeorum Matthathias uocatur, a Iosepho Ματθίας; 2. Iosipp. I 1, 2 (= ed. p. 4, 24s.) *uerum etiam immolantem simulacris hostias de popularibus suis nanctus gladio transfixit* = Macc. I 2, 23s. (Iosephus de eo tacet; Bacchides a rege custos missus et a sacerdote occisus [BI I 36] neque ab Iosippo nec Maccabaeorum libris nominatur); 3. Iosipp. ibid. l. 26s. *Asidaeis in societatem adscitis* = Macc. I 2, 42 (de Asidaeis nihil apud Iosephum, neque in BI neque in AI); 4. Iosipp. ibid. p. 5, 2s. *bellique sabbato adoriendi auctor fuit* (sc. Matthathias): cf. Macc. I 2, 41 (contraria dicentem facit Iosippus Eleazarum rebus iam desperatis V 22, 1 = ed. p. 351, 16); Iosephus autem hac de re tacet.

B_2. De duorum librorum (II et V) exitu

Iosippus post Maccabaeos cum Iosephi BI ordinem rerum plerumque seruaret, duobus tamen libris efficaciorem imposuit exitum, secundo et quinto. In secundi libri capite ultimo (18) de Simone quodam narrat Iudaeo Scythopolitano qui cum Iudaeos peregrinos extrinsecus irruentes depulisset, cum ceteris Iudaeis Scythopolitanis oppressus, uxore et filiis ab ipso necatis, sibi ipse manus attulit. Est in BI II 476; Iosephi sectionum 477—646 Iosippus partem capiti suo duodeuicesimo praemisit, partem libro tertio attribuit, ut mirabili Simonis facinore finis libri secundi illustraretur. Libro autem quinto Iosippus Iosephi comprehendit libros quintum, sextum, septimum. Libri quinti capite uicesimo quinto (25, 2) sextus incipit BI liber, capite autem undequinquagesimo transitus fit a libro sexto BI (392—400) ad septimum (1, 26, 20, 27—33, 36—40). Iosephi libros sextum et septimum (hunc praecipue) Iosippus nonnisi cursim ac raptim excerpsit. Huic tamen libro quinto et operi suo finem addidit efficacissimum (V 53, 2 = p. 416, 20ss.) quo narrat

anum quandam solam superfuisse, quae infantes quinque in aquaeductu absconderet ceteris Iudaeis Masadae a Romanis circumclusis sibi ipsis mortem inferentibus. Apud Iosephum autem et hac sectione (399) liber septimus non finitur et minus efficax est quod dicit nonnullas mulieres e cuniculis emersisse (VII 404) quam quod Iosippus: *una mulier sola superfuit.*

B_3. De partibus AI huic historiae insertis

Tenorem narrationis interrupit uel potius amoeniorem reddidit narratiuncula amoenissima ex Iosephi AI (XVIII 65—80; BI 0) inserta, Paulinae cum equite Romano tamquam Anubide concumbentis (II 4). Abrupte ad hanc narratiunculam transitur a Iosippo (*eo*, sc. Tiberio, *imperante*) ut apud Iosephum (XVIII 65) Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Arreptis autem semel Antiquitatibus et propinquis lectis sectionibus (85—88 et 62) quibus Pilatus memoratur, eius quoque mentionem facit (II 5, 1; BI 0); et quoniam ea quae sectionem 62 sequitur sectione Iosephus Christum nominat, de Christo quoque agit (II 5,2; fusius capite duodecimo post narrationem stragis Iudaeorum Alexandrinorum: *Luebant enim scelerum suorum supplicia, qui postquam Iesum crucifixerant diuinorum arbitrum* e. q. s.); Pilatum autem deterrimum comparans eodem capite cum Herode Agrippa malo Ioannis Baptistae occisionem quam iste fieri iussit (§ 3) ex eodem narrat Antiquitatum libro (§§ 116—119; BI 0).

Sed unde mutuatus est Iosippus l. III c. 2 narrationem quam exposuit de Petro (ac Paulo)? Nam ex Eusebii H. E. libri II capitis 14 exiguitate non potest esse deriuata. Et unde sumpsit III 5, 2 de Persis Antiochiam necopinato opprimentibus, quae narratio ex fonte Iosippo et Ammiano Marcellino (XXIII 5, 3) communi deriuata est; neuter enim neutrum exscripsit, quoniam apud Iosippum mimus conspicit Persas, apud Ammianum autem uxor et socia eius.

Ut igitur summam faciam, Iosippus Iosephi BI post Maccabaeos in narratione secutus est, ita tamen interpretatus ut uerbum non ex uerbo exprimeret.

Personam auctoris sui modo aliam esse significat (V 44, 2 = p. 395, 6 *id alii ad Vespasianum referendum putarunt*: BI VI 313; IV 27 = p. 283, 25s. *si fides adsertis adest*: BI IV 610), modo eandem esse atque suam (IV 9, 4 = p. 257, 19 *miserabiliore, ut mihi uidetur, exitu*: BI IV 312).

C. De orationibus

In orationibus autem quibus Iosephus opus exornauit suum, Iosippus suo indulgebat ingenio; quod ut demonstrem, de tribus inuestigabo orationibus, de Agrippae ad populum (II 9), de Iosephi ad socios (III 17), de Eleazari (V 53).

II 9 = BI II 345—401

p. 146, 21s. quid opus est libertatem attollere ~ Ios. 348 οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοὶ . . . τὰ τῆς ἐλευθερίας ἐγκώμια τραγῳδοῦσιν (= cantant, hodie τραγῳδοῦν); 149, 20s. Agesilaum scrutatorem (sic secundum codd. Hα V ipse editor legendum esse censet *Addend.* p. 420) Asiae = Ios. 359 τὸν ἐρευνήσαντα τὴν Ἀσίαν Ἀγησίλαον; 150, 17 oceano secreti (Britanni) ~ Ios. 378 περιβεβλημένους ὠκεανόν; 21 transfretantibus (sc. Romanorum nauigiis) ~ Ios. ib. πλεύσαντες (Ῥωμαῖοι); 151, 8s. Romanis tamen supra nubes uiantibus et ultra columnas Herculis imperium propagantibus ~ Ios. 375 ὑπὲρ πὰς Ἡρακλείους στήλας ἐκτείναντες τὰ ὅπλα καὶ διὰ νεφῶν ὁδεύσαντες (Ῥωμαῖοι) τὰ Πυρηναῖα ὄρη; 13s.: cf. p. XXI; 152, 5s. Persarum . . . quoque obsides uidemus ~ Ios. 379 Πάρθοι (quibus Iosippi aetate Persae successerant) ὁμήρους πέμπουσιν Ῥωμαίοις; 24 decies DCCL milia hominum = Ios. 385 πεντήκοντα πρὸς ταῖς ἑπτακοσίαις μυριάδας; 153, 5s. Syrtes . . . terribiles etiam solo auditu ~ Ios. 381 αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκούουσιν Σύρτεις; 11 quibus (populis) fulta Carthago Scipionis dexteram non tulit ~ Ios. 380 οἳ (Καρχηδόνιοι) τὸν μέγαν αὐχοῦντες Ἀννίβαν καὶ τὴν ἀπὸ Φοινίκων εὐγένειαν ὑπὸ τὴν Σκιπίωνος δεξιὰν ἔπεσον; 12 maluitque (Carthago) Romam duabus anni partibus aduersum se pascere ~ Ios. 383 οἳ (Καρχηδόνιοι) μησὶν ὀκτὼ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην πλῆθος τρέφουσιν; 18 Tauroscythae ~ Ios. 366 τὸ τῶν Ταύρων φῦλον (desunt apud eum Scythae

nomades); 20 XL naues = Ios. 367 τεσσαράκοντα ναῦς; 156, 5 nihil -10 sustinemus ~ Ios. 395.

III 17 = BI III 362—382

Declinat sui occisionem et Iosephus et Iosippus, sed hic oratione multo prolixiore; similia haec: p. 212, 29 (naturae) — 213, 9 caeleste et p. 217, 20 deus — 218, 4 resoluimus ~ Ios. 371s.; p. 213, 13 utrumque — 14 donauit ~ Ios. 365 δειλὸς δὲ ὁμοίως ὅ τε μὴ βουλόμενος θνήσκειν ὅταν δέῃ, καὶ ὁ βουλόμενος ὅταν μὴ δέῃ; 214, 8 nec — 10 demergant ~ Ios. 363 καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τουτέστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων; 13 utinam fallant ~ Ios. 382 τὴν τῶν ψευσαμένων ἀπιστίαν νίκης μείζονα ἀποφέρων παραμυθίαν; 215, 16—18 si possum eorum manus timere, dignus sum qui manibus peream meis. si parcunt illi aduersario, cur ego non parcam mihi ~ Ios. 364 εἰ μὲν οὖν τὸν Ῥωμαίων ἀποστρέφομαι σίδηρον, ἄξιος ἀληθῶς εἰμι ξίφους καὶ χειρὸς τῆς ἐμῆς, εἰ δ' ἐκείνους εἰσέρχεται φειδὼ πολεμίου, πόσῳ δικαιότερον ἂν ἡμᾶς ἡμῶν αὐτῶν εἰσέλθοι; 20 nostis — 23 auerterim ~ Ios. 380 παρ' οἷς διὰ τοσούτων ἔργων ἐπεδειξάμεθα τὰς ἀρετάς; 26s. sed suaue — uiuere cum libertate ~ Ios. 365 καλὸν γὰρ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν et 367 ἀλλὰ δουλείαν (ἑαυτοῖς ἐπιστήσομεν), ἐρεῖ τις. πάνυ γοῦν νῦν ἐσμεν ἐλεύθεροι; 216, 20 quid etiam — 217, 2 est ~ Ios. 369 ἀλλὰ μὴν ἡ αὐτοχειρία καὶ τῆς κοινῆς ἁπάντων ζῴων φύσεως ἀλλότριον καὶ πρὸς τὸν κτίσαντα θεὸν ἡμᾶς ἐστιν ἀσέβεια et quae sectione 370 exponuntur; 217, 12—14 huiusmodi istud est, ac si uidens gubernator tempestatem futuram tempestatis gratia declinandae nauem fluctibus mergat ~ Ios. 368 ὡς ἔγωγε καὶ κυβερνήτην ἡγοῦμαι δειλότατον, ὅστις χειμῶνα δεδοικὼς πρὸ τῆς θυέλλης ἐβάπτισεν ἑκὼν τὸ σκάφος (Ios. nauis imagine ex Iosepho sumpta etiam 5s. eiusdem paginae usus est: et gubernatorem si commissam sibi nauem saxo inlidat, persequimur); 218, 5 miles — 10 flagitio ~ Ios. 373 καὶ κολάζειν μὲν τοὺς ἀποδράντας οἰκέτας δίκαιον νενόμισται κἂν πονηροὺς καταλείπωσι δεσπότας, αὐτοὶ δὲ κάλλιστον δεσπότην ἀποδιδράσκοντες τὸν θεὸν οὐ δοκοῦμεν ἀσεβεῖν; 25 alii — 30 furore ~ Ios. 377s. τοὺς γοῦν ἀναιροῦντας ἑαυτοὺς

παρὰ μὲν ἡμῖν μέχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους ἐκρίπτειν ἔκριναν καίτοι καὶ πολεμίους θάπτειν θεμιτὸν ἡγούμενοι, παρ' ἑτέροις δὲ καὶ τὰς δεξιὰς τῶν τοιούτων νεκρῶν ἀποκόπτειν ἐκέλευσαν, αἷς ἐστρατεύσαντο καθ' ἑαυτῶν, ἡγούμενοι καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, οὕτως καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος; 219, 3—5 animas quoque eorum non paradisus recipit, sed inferorum tenebrae saeuaque supplicia ~ Ios. 375 ὅσοις δὲ καθ' ἑαυτῶν ἐμάνησαν αἱ χεῖρες,τούτων ᾅδης μὲν δέχεται τὰς ψυχὰς σκοτεινότερος (218, 21—23 tollite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium: his uerbis Saluatoris [Mathh. 22, 13] Iosephum Iudaeum Iosippus fingit usum); 219, 5 haec—29 mori ab Iosepho prorsus aliena sunt.

V 53 = BI VII 323—336 et 341—388

Eleazarus, princeps Iudaeorum Masadae a Romanis circumclusorum apud Iosephum bis contionatus est, alteram habuit orationem, postquam nonnullos animo defecisse intellexit. Sed Iosippus eum semel facit contionantem. Exemplis sacrae scripturae (Abrahae, Iosiae, Abelis) non Iosephus, sed Iosippus usus est. Obserua p. 408, 5s. Abramidae uiri, genus regale, sacerdotalis gratiae uirtute insuperabiles. P. 409, 4 quid — 411, 2 mos sit ~ Ios. 343 ὅτι συμφορὰ — 357 ὑβρίζοντες; 411, 2 iam — 26 opprobrio ~ Ios. 323—334; 31 an — 413, 10 fuderit ~ Ios. 360—369 (de numeris Iudaeorum a gentilibus caesorum uide Ioseph. II 457, 468, 477s. ac VII 368 [Damasci gentiles secundum Iosephum occiderunt ὀκτακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις, secundum Iosippum autem V 53, 1 = p. 412, 24 VIII milia]); 413, 12 ubi — 416, 8 pauebant (non tamen apud Iosephum 416, 7 certe — 8 refugiumt) ~ Ios. 375—388; 416, 10 nobis —16 abundauerit ~ Ios. 335s. De arte eius orationis rhetorica paucis quae supra (p. XXVII) tetigi, iam addam: geminationem (p. 413, 25) *nuda nuda* et trimembre (uoce *marmore* ter incisa clauduntur p. 413, 20s. et p. 414, 30 *post uincula, post carcerem post iugum*).

In narratione supra (p. XLIV) dixi Iosippum Iosephum post Maccabaeos esse secutum, ita tamen interpretatum, ut

uerbum non ex uerbo exprimeret. Secutus est rerum ordinem ac tenorem. Orationes autem liberrime finxit neglecto tenore Iosephi sententiis hinc inde arreptis, ut quae apud Iosephum sequerentur, saepe praemitteret, et quae antecederent, postponeret, ex suo autem et Iosephi augeret sententias et suas adderet plurimas.

Qui quam libere egerit cum suas inculcaret sententias, uno ostendam exemplo: Iosephum a Tito Hierosolymitanos patrio sermone alloqui iussum haec facit illis temporibus absona disserentem: V 15 (= p. 319, 28s.) *tremit hos* (Romanos) *Scothia, . . . tremit Saxonia*; alterum exemplum u. p. XLVII (ed. p. 218, 21ss.).

Et in narratione et in orationibus Sallusti quam sumpserat personam seruabat clausulis Ciceronianis (quas Vincentius Vssani a se repertas esse finxit) ubique spretis (u. p. XXVII). De dictione Iosippi Sallustiana diligentissime disseruit Fridericus Vogel: Ὁμοιότητες Sallustianae; IV de Hegesippo (Erlangen 1878). Nuper Vincentius Bulhart nonnulla ad textum Iosippi proposuit: *Textkritisches und Exegetisches zum Hegesippus* (in Mnemosynes quarta serie, uol. VI, 1953, p. 314—317).

De editionibus

Nunc nihil mihi restat nisi ut editiones huius scriptoris quae ante hanc Vincentii Vssani editionem prodierunt, recenseam. Iam recensuit Carolus Fridericus Weber in sua et Iulii Caesaris editione, p. III (nonnulla emendauit et addidit Iulius Caesar in praefatiuncula sua p. 403s.). Editio princeps prodiit Ascensiana forma maxima (Parisiis a. MDX, iterata annis MDXI et MDXXIV). Ex hac editione pendet editio Mediolanensis a. MDXIII apud Alexandrum Minutianum (u. Caesaris praefat. p. 403). Edidit Cornelius Gualtherus Gandauensis, quae editio (quam Weber p. III perperam dicit principem) inscribitur *Hegesippi scriptoris grauissimi de bello Iudaico et urbis Hierosolymitanae excidio libri quinque. Accedunt nunc primum annotationes per Cornelium Gualtherum*

Gandauensem, Coloniae MDLIX[1], MDLXXV[2]. Edidit Renatus Laurentius Barrius (De la Barre) Historiam christianam ueterum patrum (Parisiis MDLXXXIII[1], MDLXXXIX[2]), ubi paginis 123—182 Iosippus continetur (transsumpta est haec editio in Magnam Bibliothecam Patrum Parisiensem MDCLIV, tom. VII et in Magnam bibliothecam ueterum patrum, Coloniae MDCXVIII, tom. IV et in Maximam bibliothecam ueterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum, Lugduni MDCLXXVII, tom. V cum praefatione et notis R. Laur. Barrii). Edidit Andreas Gallandius Bibliothecam ueterum patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum graecolatine, Venetiis MDCCLXXI[1], MDCCLXXXVIII[2] tom. VII. Ex editione Coloniensi secunda pendet Barrii editio, ex Barrii editio quam confecit Gallandius.

Hegesippus qui dicitur siue Egesippus De bello Iudaico ope codicis Cassellani recognitus. Edidit Carolus Fridericus Weber. Opus morte Weberi interruptum absoluit Iulius Caesar professor Marburgensis, Marburgi MDCCCLXIV, paginis IIIs. et 1—404. Paginis III[a] et IV[a] Weber profitetur se fundamenti loco uerba exhibuisse qualia in codice Cassellano legantur, scribendi rationem a librario seruatam secutum. Paginis 388—404 continetur praefatiuncula Iulii Caesaris, quam disputationem appendicis loco huic editioni subiungendam Caesar curauit: (*De librorum Hegesippi nomine inscriptorum origine et fatis* [edita iam erat Indicibus lectionum in academia Marburgensi per semestre hibernum a. MDCCCLXIII—MDCCCLXIV habendarum]): p. 390 memoratur Ioannes Fridericus Gronouius, qui in Monobiblo obseruatorum in scriptoribus ecclesiasticis (Dauentriae MDCLI) etiam de Hegesippo disputauit, ut Alexius Symmachus Mazochius in Commentario in uetus marmoreum S. Neapolitanae ecclesiae Kalendarium (Neap. MDCCXLIV), uol. III, p. 780—792; p. 392: Iosippum non ex Rufino pendere, quod ille Graecis utatur mensium nominibus, hic Latinis; p. 392[5]: errorum ab Hegesippo in interpretando Iosepho commissorum exempla, pleraque a Gronouio, Monobiblo, c. XVI (p. 165ss.) notata; p. 398: Caesar Ambrosium auctorem huius historiae esse

neque probat neque negat; p. 399: Hieronymianae Sacrae scripturae uersionis certa uestigia nusquam reperiri; p. 399[11]: Sallusti imitationem indicasse Gronouium l. l. p. 234; p. 401 s.: De codice Cassellano; p. 403: De Caesaris ratione edendi.

Vindobonae A° MDCCCCLVII°, mense Decembri.

Carolus Mras.

I. INDEX LOCORVM

Nonnullos locos, qui antea me fugerunt, in hunc indicem recepi, menda mea aut typothetarum emendaui.

Scriptura Sacra:

Gen. 1, 10 . . 55, 20; cf. 68, 20 sq.
1, 26 . . . . . cf. 409, 14 sq.
3, 8 . . . . . cf. 218, 16
*3, 9 . . . . . 218, 18
3, 24 . . . . . cf. 218, 17
4 . . . . . cf. 387, 3 sq.
4, 10 . . cf. 63, 21; 120, 19 sq.
8, 8 (11) . . . . . cf. 331, 21
12, 14—20 . . . cf. 323, 26 sqq.[1])
14, 9—16 . . . cf. 324, 16 sqq.
18, 6 . . . . . cf. 213, 15
19, 24—25 . . . cf. 386, 14 sqq.
20, 1—18 . . . cf. 323, 26 sqq.
22 . . cf. 387, 6 sqq.; 408, 11 sqq.
22, 12 . . . . . cf. 387, 7 sq.
*22, 12 . . . . . cf. 387, 3. 12
26, 14 sqq. . . . cf. 324, 13 sqq.
26, 26 . . . . . cf. 324, 20 sq.
*27, 41 sqq. . cf. 324, 22 sqq. (cf. Ambros. De Iacob II 4, 14)
*32, 1 . . . . . cf. 324, 26 sq.
32, 2 . . . . . cf. 325, 1
32, 7 . . . . . cf. 325, 2 sq.
32, 24 28 . . . . cf. 325, 1 sq.
41, 43 . . . . . cf. 320, 12
44 . . . . . cf. 320, 14
46 . . . . . cf. 320, 8
47, 12 . . . . . cf. 320, 13
*49, 10 . . . cf. 4, 9—13; 131, 8
49, 18 (u. Luc. 2, 30) . 296, 20
Exod. 5, 14 . . . . . cf. 349, 22
7, 12 . . . . . cf. 325, 4
9, 23 . . . . . cf. 325, 5
10, 22 . . . . . cf. 325, 5 sq.
*13, 5 . . . . . cf. 197, 16 sq.
13, 21 . . . . . cf. 386, 10 sq.
14, 12 . . . . . cf. 320, 16 sq.
14, 16 . . . cf. 149, 8; 295, 20 sq.
*14, 16. 21—23 . . cf. 325, 5 sqq.
14, 22 . . cf. 153, 16 u. l.; 386, 5; 397, 6 sq.
*15, 4 et 1 . . . . cf. 325, 9 sq.
15, 8 . . . . . cf. 298, 25
Exod. 15, 23—25 . . . cf. 386, 10
16—17 . . . . . cf. 386, 6 sqq.
17, 11 . . . . . cf. 327, 23
23, 17 . . . . . cf. 208, 5
*23, 26 . . . . . cf. 198, 3[2])
32, 32 . . . . . cf. 211, 4 sq.
Leu. 6, 2 sqq. . . . cf. 217, 25 sq.
15, 25 (28) . . . . . cf. 331, 12
Num. *16, 24. 26 . . . 332, 1 sqq.
16, 30 (32) (Deut. 11, 6) . cf. 120, 6 sq. 8 sq.; 386, 15 sq.
16 (17), 48 (13) . . 211, 5 sqq.; 215, 11; 295, 25 sqq.
Deut. 25, 5 . . . . . cf. 140, 11
32, 15 . . . . . cf. 298, 19
32, 49 / 34, 1. 5 . . . cf. 213, 16—19
Ios. 6 . cf. 295, 27 sqq.; 325, 17 sqq.
7, 15 . . . cf. 218, 17; 219, 17
10, 12 sqq. . . . . cf. 327, 24
10, 13 . . cf. 385, 23 sq.; 386, 10
13, 8 . . . . . cf. 195, 3
Iudd. 7, 5 cf. 327, 24 sq.; 335, 5 sq.
*7, 16. 20 . . . cf. 325, 21 sqq.
11, 30 sqq. . . . cf. 387, 9 sqq.
16, 17 . . . . . cf. 327, 25 sq.
I Reg. 2, 12—17 . . cf. 325, 25 sq.
3, 13 . . . . . cf. 325, 25
4, 11 . . . . . cf. 325, 27 sq.
6, 2 sqq. . . . . cf. 325, 28
*7, 12 . . . . . cf. 327, 26 sq.
8 . . . . . cf. 321, 18 sq.
*9, 2 . . . . . cf. 321, 20 sq.
15, 11 . . . . . cf. 328, 9
16, 23 . . . . . cf. 296, 3 sq.
17, 47 . . . . . cf. 323, 21
31 . . . . . cf. 211, 7—15
31, 2—4 . . . . cf. 215, 1—8
*31, 4 . . . . . 211, 12 sqq.
II Reg. *1, 23 . . . . 211, 19—23 (cf. Ambros. De off. III 9, 61)
3, 28 *et sim.* 385, 6
5, 5 . . . . . cf. 321, 22

[1]) uel potius Gen. 20, ubi deum in somnis Abimelech, rex Gerarae, uidisse narratur, qui Abrahae Sarram post Pharaonem abstulerat.

[2]) Ibi *et* cum uersione Armeniaca et Philone Armeniaco; cf. Brooke et McLean, *The Old Testament in Greek* I 2 ad locum.

II Reg. 11, 27 . . . . cf. 327, 27
12, 30 sq. . . . . cf. 327, 26 sq.
15, 14 . . . . . cf. 328, 2
*18, 9 . . . . . 120, 10 sqq.
*21, 16—17 . . . .cf. 340, 12 sqq.
22, 6 (=Ps. 18, 6). 71, 16; 216, 24
*24, 17 . . . . cf. 211, 23—25[1])
III Reg. 1 . . . . . cf. 321, 18
14, 8 . . . . . cf. 321, 25
17 . . . . . cf. 386, 12 sq.
21, 19 . . . . . cf. 350, 2
IV Reg. 2, 11 . . . cf. 385, 24 sq.
*2, 19—22 . . . 267, 20—268, 5
*3, 8 sqq. . . . cf. 326, 11 sqq.[2])
3, 22 . . . . . cf. 398, 25 sqq.
4 . . . . . cf. 386, 12 sq.
6, 19 sqq. . . . . cf. 296, 9 sq.
6, 24—27 . . . . cf. 327, 1 sqq.
*7, 6 sq. cf. 296, 10 sq. (cf. Ambros. De off. III 20, 120)
9, 30 . . . . . cf. 279, 18
18, 28 sqq. . . . . cf. 326, 2 sqq.
19, 14 sqq. . . . . cf. 326, 2 sqq.
19, 35 . cf. 385, 26 sq.; 398, 22 sq.
*20, 8—11 . . . cf. 311, 25 sqq.
*24, 12 cf. 352, 3 sq. *et Addenda*; 372, 5 sqq.
24, 16 . . . . . cf. 365, 28 sq.
25, 7 sqq. . . . . cf. 329, 2 sq.
25, 7 . . . . . cf. 352, 8 sq.
25, 27 sqq. . . . . cf. 352, 12 sq.
I Par. 22, 6—8 . cf. 309, 25—310, 2
*II Par. 14, 10 (11) . cf. 328, 4 sqq.
16, 7 sqq. . . . . cf. 328, 7
25, 6 sqq. . . . . cf. 328, 14
26, 16—21 . . . . cf. 166, 8 sqq.
*29, 3 (?) . . . . cf. 381, 4 sq.
35, 20 sqq. . . . . cf. 328, 9 sqq.; *408, 13 sqq.
I Esr. 1, 23 (25) sqq. cf. 328, 9 sqq.; *408, 13 sqq.
*IV Esr. 7, 32 . cf. 364, 13; 414, 7
Ps(alm.) 4, 5 . . . . cf. 289, 8 sq.
18, 6 (= Prou. 21, 6) 71, 16; 216, 24
22, 5 . . . . . 311, 14
30, 5 . . . . . 116, 8
*33, 8 . cf. 218, 11 sq. (cf. Ambros. Expos. sec. Lucan II 84, Explan. Ps. 43, 54, 3)
35, 4 . . . . . cf. 226, 11
77, 25 . . . . . cf. 386, 9
78, 1. . . . . 25, 22—24
Ps(alm.) *78, 1—3. . cf. 300, 6—11
*80, 7 . . . . . 26, 5—6[3])
93, 14 . . . . . cf. 219, 23
108, 29 . . . . . cf. 127, 19 sq.
113, 3 , . . cf. 325, 16; 351, 7; 385, 22 sqq.; 397, 9. 25 sq.
115, 2 (Rom. 3, 4) . . . 120, 1—2
140, 2 . . . . . cf. 311, 11 sq.
141, 2 . . . . . cf. 324, 9 sq.
141, 8 . . . . . 214, 2 sq.
Prou. *18, 6 . . . . . 216, 15 sq.
18, 8 . . . . . 216, 11 sq.
*18, 9 . . . . . 216, 16 sqq.
*21, 1 . . . . . cf. 303, 6 sq.
26, 27 . . . . . cf. 119, 16
Eccle. 10, 18 . . . . cf. 242, 12 sq.
Hiob *3, 3 . . . . . 213, 19 sq.
*3, 20 . . . . . 213, 22 sqq.
*3, 23 . . . . . 213, 24 sq.
*9, 28—29 / *10, 19—20 . . . 213, 26—214, 2
22, 16 . . . . . 216, 13
29, 6 . . . . . cf. 386, 7
Sap. 14, 3 . . . . cf. 400, 13 sqq.
15, 4 . . . . . cf. 247, 16 sq.
Eccli. 25, 1—2 . . . cf. 83, 18—19
46, 1 . . . . . cf. 325, 14 sq.
Iud. 4, 9 *et sim.* . . . cf. 326, 7
8, 11 . . . . . cf. 328, 8
Ion. 1, 10 . . . . . cf. 411, 26
Esai. *13, 6 sq. . . cf. 392, 20 sqq.
30 . . . . . cf. 329, 4
38, 5—8 . . . . . 311, 25 sqq.
49, 26 . . . . . cf. 252, 9
56, 12 . . . . . cf. 252, 7 sq.
Hier. 15, 3 / 16, 4 . . . cf. 297, 16 sq.
45 (38), 17 sq. . cf. 328, 24 sqq.; 352, 6 sqq.
48 (41), 17 . . . . cf. 329, 3 sq.
49 (42), 4 sqq. . . cf. 329, 4 sqq.
Thren. I 1 . . cf. 295, 13; *413, 18
Ezech. 37 . . . . . cf. 386, 12 sq.
Dan. 3, 19 sqq. . . . cf. 398, 2 sq.
3, 23—24 . . . . . cf. 386, 6
3, 52 sqq. . . . . cf. 398, 3
9, 27 . . . . . cf. 373, 1 sqq.
12, 1 . . . . . cf. 373, 1 sqq.
Mach. I 1, 11 sqq. . . cf. 4, 15 sqq.
2, 15 sqq. . . . . cf. 4, 22 sqq.
8, 12 sqq. . . . . cf. 322, 5 sq.

[1]) ubi *percute* cum Ambrosio Expl. Ps. 118, 22.
[2]) fortasse tribus regibus cum quinque confusis, de quibus p. 324, 16.
[3]) cum codice Alexandrino, qui praebet αὐτῶν.

Mach. I 9, 4 sqq. . . cf. 5, 12 sqq.
12, 6 sqq. . . . . cf. 94, 16 sq.
13—15 . . . . . cf. 5, 27 sqq.
II 1, 23 . . . . . cf. 384, 14
7. . cf. (298, 11 sq.;) 350, 18 sqq.
7, 9. 11 . . . cf. 385, 19 sqq.; 386, 12 sq.
9, 5. 9 . . . . . cf. 124, 9 sq.
10, 29 sq. . cf. 385, 25; 398, 17 sq.
11, 8 sqq. . . . . cf. 385, 25
11, 34—38 . . . . cf. 322, 5 sq.
14, 15 . . . . . cf. 391, 13 sq.
IV 17, 2 . . . . cf. 298, 9 sqq.
Matth. 14, 3 . . . . . cf. 140, 5
*14, 4 . . . . . 165, 21 sq.
16, 19 . . . . . cf. 212, 29
(18, 18) . . . . . cf. 212, 29
*21, 13 . . . . . cf. 297, 12 sq.
*22, 13 . . . . . cf. 218, 21 sqq.
23, 37. 35 . . . cf. 297, 21 sqq.
*24, 29 . . cf. 385, 7. 25 sq.; 398, 18
24, 44 . . . . . cf. 242, 25
26, 53 . . . . . cf. 63, 24
27, 51 . . . . . cf. 392, 24
*29, 29 . . . . . cf. 385, 7
Marc. *4, 21 . . . . cf. 311, 16 sq.
6, 17—18. 20 . cf. 139, 28 sqq.; 164, 25 sqq.
*6, 18 . . . . . 140, 4 sq.
12, 13—17 . . . . cf. 139, 19 sq.
12, 17 . . . . . cf. 157, 24 sq.
12, 42 sq. (40) . . cf. 390, 27 sq.
16, 14 . . . . . 164, 8 sq.
Luc. 1, 68 . . . . . cf. 137, 28 sq.
2, 30 . . . . . 296, 20
4, 29 . . . . cf. 55, 22; 202, 22
7, 14 . . . . . cf. 185, 8
*7, 15 . . . . . cf. 185, 10
21, 12 . . . . . cf. 186, 13
deflectere: -xere ad eos 257, 10. ad accipiendam uxorem -eret 58, 6. *translate*: ad Laturum uictoria -xit 13, 10.
defluere: ad Laturum uictoria -xit *u. l.* 13, 10. igne admoto argentum d. coepit 388, 16. (oleum) a uertice ad ima -ebat uestigia 205, 18.
defoederatus *u. l.* codd. *aV* 59, 14.
deformis: -es exuuiae *sc.* cadauera 364, 12.
deformitas: imperatoris *i. q.* turpitudo 139, 6.
defraudare: -abantur *i. e.* munere debito priuabantur 345, 9.
defungi: -ctus est *i. e.* mortuus est 136, 5; *cf.* 184, 10; 414, 15. -nctus *i. q.* mortuus 77, 21. 28; 78, 9; 91, 2; 105, 6; 127, 3 *cet.* -ctorum corpora 225, 1. cadaueribus 345, 24. reliquiae 364, 13.
defurere: 258, 8.
degener: ab eo 215, 15. filius 230, 24. -is animi uirum 59, 9. -is animi esse, ut templo cuperent superuiuere 396, 3. consortium -is societatis 328, 14. tanto -es bello *i. e.* inpares 365, 8.
degenerare: ipse priuatae uxoris contubernio -asset 85, 17. cuius (*sc.* Romani imperii) gratiã per usurpationem regni -auerint 131, 25.
dehonestare: dedecore 359, 1. ludibrio 60, 12. militiae sacramentum 402, 6. ueteris indolis claritudinem 411, 6.
deicere: in se ferrum -ecerint 218, 25. conclauia templi, quibus -ec--tis *u. l.* 390, 14. -ectus gradu 367, 17. regno 139, 25. -ectus eo *sc.* consilio urbis capiendae 203, 11. militum animos -ici 288, 6. -ectos animos 201, 9. -ecti illam status *i. q.* ignobili loco natam 85, 14.
deiectio: murorum -nem 316, 23. *translate*: ex illo fastigio in hanc -nem 403, 20.
delatio: -nis amaritudinem 9, 19.
delere: de testamento -ndum putauit 110, 7. de libro caelesti -ri 211, 4. probrum -retis *u. l.* 263, 5.
delinimentum: -o mitior fiat 147, 7. me circumuenerat -is 116, 11. captum magi Simonis -is 183, 23.
delinitus: tali mercede uiro -a 60, 2. quorum fauore et gratia -us 172, 11.
deliramentum: -o quodam senectutis 348, 33. captum magi Simonis -is *u. l. aV* 183, 23.
delitescere: -ebat 142, 25.
deloricare: Antigonum -arent 10, 16, *u.* diloricare.
demens: -ntis aetatis imprudentiam *i. e.* senectutis 349, 1.
dementer: seditio d. resultauit *u. l.* 306, 10 *quod praeferre debui cf.* Hor. Carm. III 19, 23 dementem strepitum.
demergere: mucronem -ant 214, 10. gladium -sit 383, 12. in Syriam sese d. 33, 7. in sanguinem -erentur 294, 16. somno -sus 287, 14. ultimo atque ineuitabili naufragio -si 97, 16.
demetere: proxima quaeque -unt 379, 19.
demigrare: in Syriam -auit 166, 21.

a quo ad Hyrcanum praerogatiua sacerdotii -auit 168, 3.
demorari: -ando (*BI* I 612 τῇ μελλήσει) 112, 21. idoneae ad -andum Hispaniae 398, 15.
demulcere: uos belli -ceo facilitate 364, 21.
densere: aciem 60, 29.
denuntiare: oraculum a summo -atum deo 373, 4. terribilia et plena prodigii d. 393, 17. id genus stellae bellum soleat d. 392, 2. *saepius i. q.* monere, minari: ab insidiis filiorum cauendum -abant 79, 10. uoce Rapsacis, quae populo quam suprema exitia -rentur 326, 5. ueniam tribuens superioribus, -ans correptionem futuris 85, 24.
denuntiatio: -nis perseuerantia *i. e.* praedictionis 393, 19.
deonerare: -auit inermis populi multitudinem *i. e.* dimisit 32, 7 (*BI* I 171 ἀπεφορτίσατο).
depasci: plerique . . . radices -erentur 335, 23. miseros fames -eretur 345, 28. aegritudinis uis totum corpus eius passionibus -ebatur 124, 8. mors populum -eretur 211, 7; *cf.* 295, 24. templum ignis -eretur 379, 20; *cf.* 295, 1. *item de flamma* 390, 13, *de oleo ardenti*: olei feruor artus -ebatur 205, 19.
depellere: -pulerint metum *sc.* a se 86, 3. a se quaestionem -pulit 97, 3. post -pulsam captiuitatem 128, 20. propheta a patribus sitim, pariter et metum -pulit 327, 1. caelestis oraculi resultatio . . . sterilitatem -pulit 268, 14.
dependere: pietatis officia -eret 113, 8.
deperire: non quod accedit liberis meis mihi -it 82, 25.
depingere: stibio oculos -ebant 279, 18.
deplorabilis: epilogum -em 408, 4.
deplorare: uictoriam suam saepius -arent 61, 10.
deponere: arma 161, 13; 255, 21; 401, 6. bellum 183, 4; 250, 14; 255, 3. odia 15, 5. spiritum 367, 16. studia belli 200, 18. seditionis studia 303, 19. plerumque iustitia -suit belli instrumenta 254, 27. quantum -situm sollicitudinum 51, 16. -sitis omnibus . . . quae Herodes inmunierat (*BI* VI 149 καταστρεψαμένη) 377, 2. nemus quod numquam -nat uiriditatem 193, 10. -bantur manus *i. q.* demittebantur 220, 11. -siti aeuo 355, 25; *cf.* 365, 24.
depositum: 217, 24. 25. 26; 218, 2. -a uiduarum uel pupillorum 390, 28. -um dei *sc.* anima 217, 26. -um patris *sc.* testamentum 231, 5. -i religionem 217, 20.
deprecari: ad dominum -retur 224, 10.
deprecator: tuus *i. e.* qui auxilium tuum inploraui 349, 11.
deprehendere: -itur Mariamme insidiarum conscia 110, 2; *cf.* 333, 21. -sa (*acc. plur.*) dilue 113, 15.
deputare: secundam uigiliam Alexandro -auit 343, 21.
derelinquere: *saepius pro* relinquere: longo sed proximus interuallo praeteritus ac -ictus 144, 12. dilapsi regionem . . . direptioni et igni -liquerunt 172, 24. moriens potestatem suae gentis Liuiae -liquerat 136, 4. filii Aaron formam successionis -quere 171, 8. moderator qui nihil umquam uel fortuitis euentibus (*dat.*) -liquerit 8, 11. anima gau-

det quod contubernium cadaueris -liquerit 410, 7. referimus gradum uictoriam -quentes 363, 13. *cum duobus accus.* quod eum solum intra urbem hostium -liquissent 241, 14. quem Titus in loco praefectum militiae -liquerat 404, 17.
deriuare: naturae priuilegio, quod ad salutem magis quam ad periculum -ri soleret 99, 15. quod et si nullo argumento fulciebatur, tamen ad solacium studii ferocis -abat pater 88, 20. in se uoluit caelestem -ari uindictam 211, 24. quod in argumentum est -atum necis *i. e.* quasi argumentum necis patratae adlatum est 374, 9.
desaeuire: acerbissima caede in populum -bat 144, 21. -ret procella 224, 18. -bat tempestas furoris 294, 19.
descendere: in hostem *sc.* in campum 363, 15.
deserere: -uimus fidem *i. e.* religionem 155, 15. solum -tum ab incolis (*BI* IV 453 ἀοίκητον) 266, 17.
desertor: *i. e.* perfuga 218, 7. amici 64, 26.
desertum: in -o, *sc.* mari aperto 223, 14. *subst.* 59, 2; 143, 2; 401, 11.
deses: d. ac lentus in flagitiis 144, 11.
desiderare: simulacra (hominum) cerneres, officia -ares, *quae implere iam non poterant* 344, 11.
desilire: equo -uit 227, 1; 315, 8. equo -uerat 232, 20 *sed aV primo loco* -uit, *altero* -iit, *tertio* -ierat.
desinere: a suorum caedibus non -bant 385, 13.
desistere: uociferari -stitit 394, 19.
desolatio: abominatio -nis 373, 1 (*bibl.*).
despectus: -u dignior 378, 15. *sensu actiuo* in ceteros -u superbo 406, 5.
desperatio: -nem salutis 91, 11. -ne ueniae 318, 13. euadendi 177, 4.
desperatus: -is rebus 408, 1. -o transitu 37, 5.
despicabilis: 366, 28; 369, 19.
despoliare: socios 189, 3. -atur *sc.* armis *u. l.* 369, 8.
desponsare: -bo seniori tuam filiam 102, 23; *cf.* desponsata 86, 15.
despuere: corpora quae -uerat mare 225, 2.
destinatus: L. Annio Gerasam -o *i. e.* misso 272, 14. -a feriendi arte 201, 22.
destituere: -eretur secundis 366, 24. ne scelesta imperia mandata exsecutio -eret 125, 12. quos enandi fiducia -erat 224, 6. quem mandendi officia -issent 335, 28. -tus a ceteris 302, 13 *sed fere omissa praepositione aut datiuo posito*: -tam se omnibus 73, 14. -ti parentibus 102, 15. -ta filio 355, 8. -tus idoneis successoribus 100, 11. *cum nominibus rerum* (Saul) -tus ministerio (armigeri) 215, 5. mulieres subsidio -endas (*u. l.* -tas) *scil.* uirorum 410, 26. -ti subsidiis alimentorum 364, 17. *praeterea* -tus undique 98, 21 (*BI* I 540 ἀπορούμενος) Nero se -tum dolens tanti casu amici 186, 3. -tae Aristoboli cupiditates noua quadam mutationum uarietate 35, 18. quid -uimus diuina beneficia? 364, 15.
destruere: murum 41, 2. aggeres 312, 22; 313, 14.
desuetus: -a edendi caro 357, 8. -is edendi officiis 356, 5.
desuper: misso d. furore *i. q.* diui-

nitus 412, 10. indutus ueste candida et purpureo d. uestimento 404, 13.
detegere: dispositionis initae, ut ad Parthos confugeret, familiarium suorum confessionibus -batur *sc.* reus 86, 26.
detergere: cruenta pauimentis saucius ora -ens 250, 1.
deterior: procedebat in -ius aegritudo 122, 23.
determinare: aliarum urbium bella suorum incolarum excidiis -ntur 156, 11.
detinenter: *conieci* 306, 10; *sed uide sub* dementer
detinere: fratres custodia -eret 8, 27. rebellionibus intra Syriam -batur 48, 10.
detorquere: impedimenta -erent 314, 3. ab hoste in socios -sit mucronem 348, 24.
detrahere: cortices arborum -erent 335, 24. -bant coria scutis 381, 21. anulum defuncti digito -xit 127, 3.
detrectare: bellum suscipere -nt 5, 5.
detrudere: in custodiam -sit 58, 21; *cf.* 32, 20 et *u. l.* 140, 5.
deuius: mente 164, 6.
deuorare: mutationem quae -et atque absorbeat merita superiora 135, 20.
deuoratio: canum = quae canes deuorant 297, 17.
deuorsorium: scelerum 297, 13.
deuotatio: *u. l. codd CV pro* deuotio 298, 14.
deuotio: patrum *i. e.* animi affectus quo se deuouebant 298, 14. -nem *i. e.* pietatem erga deum 387, 9. pro ueritate -nis et fidei 27, 10. -nis nostrae (*sc.* erga Romanum imperium) experimentum 131, 28.
deurere: nostra subsidia (*sc.* muri) -entur 411, 17. conclauia templi quibus -stis 390, 14; *cf.* 411, 20.
dextera: -am obsidem ueniae et salutis sequestram 209, 18.
diademam: *u. l.* 8, 17; 65, 22.
dicere: ad aliquem 11, 9; 102, 9; 375, 2. -ns quod mixta deo sit 138, 7. -it *scil.* Scriptura 155, 26. *sed cf. Löfstedt, Vermischte Schriften*, p. 130sqq.
dies: *plerumque masculini generis, sed nonnumquam feminini, ut* quadam die 102, 9 (*sed* quodam die 136, 24). crastina die 113, 19 (*sed* postero die 361, 25). illa die 264, 25. dies illa 213, 19. octaua die 391, 23 (*sed* octauo die 404, 21). *cum adiectiuis coniungitur* festus et plenus reuerentiae 9, 23. excidialem 389, 20. *praeterea occurrunt* dies sacratus religioni 10, 10. sacris religionis diebus 26, 9. ebdomadis sacrae dies 245, 14. feriato die sabbati 412, 8. diem mortis 384, 3. diem claudere *pro eo quod est* mori 8, 9; 137, 1. *cum praep.* ad d. = quotidie 337, 8. per diem = interdiu 376, 26 et 27. luce diei, *ubi* diei *abundat* 142, 13.
differre: periculum -batur 362, 1. adorsi castellum Romani per biduum -lati 32, 15. putabam illum iam poenas dedisse, quem -i non oportebat 90, 1.
difficile: (*sc.* uix) difficile quisquam populus Iudaeos non persecutus est 162, 13.
difficultas: aquae 203, 3. locorum 242, 14. nescias pulchritudinem in tantis -ibus 70, 2.
diffidere: summae rei 241, 25. causae (*u. l.* causa) et numero 249, 22. aperto itinere 177, 3.

rebus suis 30, 9. infirmibus munimentis 200, 5. munitionibus 342, 25.
diffundere: ut inferior Galilaea usque ad urbem . . . -atur *i. q.* extendatur 195, 9. neque (regio) tota campis -itur 197, 7. religio toto diffusa orbe 156, 12. luce diffusa 177, 16.
diffusio: maris longe lateque extenditur 284, 20.
diffusior: Perea 196, 12. mons (*BI* II 452 ὄρος μήκιστον) 266, 13. -a spatia 233, 18. -ibus locis 176, 16.
digladiari: -antur 232, 18.
dignatio: -one Caesaris 66, 24.
dignus: ne limine quidem urbis -os 255, 18. -us imperare 65, 29. *sed* -us quem Dauid uindicaret 211, 15. quem laudaret propheta 211, 18. -um est *impersonaliter seq.* ut 9, 7; 66, 22; 218, 26. *seq. infinitiuo* 96, 23. *absol.* -o impietatis pretio 3, 17. -o parricidii mei pretio 12, 19. *quibus locis gen.* impietatis et parricidii *a* pretio *pendent.*
dilacerare: matrem -ari 331, 2. -atus sentibus 273, 20. -atis uisceribus 346, 7.
dilatare: Iudaea . . . usque ad Tiberiadis lacum -atur 198, 9.
dilectio: *i. q.* amicitia 50, 21 (*BI* I 274 φιλίας) *i. q.* amor 99, 29.
dilectus: nouellum -um 351, 7.
diloricare: *i. e.* per loricam transfigere 10, 16; 280, 1. *idem significat quod* lacerare: -ato amictu 39, 16; *cf.* Apul. Metam. VI, 10.
diluere: sanguinem meorum pignorum meo -am 350, 3. *translate*: deprehensa 113, 15. obiecta 258, 16. probrum 363, 5.
dimittere: filios eius ad Bithyniam -sit 32, 21; *cf.* 278, 8. -e me requiescere (*ex Scriptura*) 214, 1. *nonnumquam pro* demittere: saccos paleis repletos in eum -i locum 203, 28. dimissis manibus 209, 15. saxum -sit 316, 20.
directus: litus asperum -umque *sc.* praeruptum 223, 4. -um cursum inflecti 285, 11.
direptio: 172, 24; 400, 28; 405, 24.
dirigere: *mittendi significatu adhibetur praesertim in rebus ad militiam spectantibus ut* pompam armatorum -exerit 10, 5. Damascum iuuentus -retur 19, 19. aciem -rent 188, 18. Romam -ecti sunt 32, 19; *cf.* 142, 8; 169, 13. urbem (*u. l.* ad urbem) -exit 374, 5. Agrippam legatum -exit 141, 14. ad Adiabenos -etis legationem 155, 4; *cf.* 46, 20. quos ad pugnam -exit 231, 27; *cf.* 262, 16. comprehensos ad Florum -exit 158, 10. quos Neroni in Isthmon -exit 238, 4. quos quo quisque cupiebat -exit 333, 10. in Syriam -exerat filium Titum 240, 23; *cf.* 32, 4; 35, 13; 206, 4; 228, 8. d. epistulam 122, 3. 11. in Arabas iter -exit 16, 22. *sine accus. obiecti* ad Agrippam populus -exit precatum auxilia 144, 24 (*cf. BI* II 338). *alio sensu* Iordanes cursus proprios d. non posset 264, 21. aggere publico, qui ad muros urbis -batur 302, 6.
diripere: -iunt quoscumque offenderant aduenientes *sc.* corripiunt 357, 22. -eptis facibus *i. e.* ex focis arreptis (*cf. Verg. Aen.* IX 75) 341, 18.
diruptus: -a murorum parte 37, 17.
dirus: -am famem 7, 20. -a carmina 184, 27. -um odorem 299, 25. -a inprecabatur 382, 3.

discedere: a Romanorum societate -erent 132, 7.
disceptator: -es negotiorum 251, 15.
discere: quos aetas ignorauit superior didicit Romanorum uictoria 150, 14. *personaliter*: didici esse melior pater, quia -dicerunt filii mei esse meliores liberi 81, 20.
discernere: quae (*sc.* urbs) DCCXX stadiis ab Hierosolymitana urbe -ebatur et odiis ingentibus 191, 5. odor pestilens nec uictores nec uictos -eret 360, 23.
discerpere: parricidale illud caput ... manibus -am meis 89, 17.
discessio: *i. q.* rebellio 133, 9; 143, 3; 158, 19; 190, 14. 23; 200, 2 (*in codd. falso nonnumquam* dissensio).
discidium: unius culpa d. pariet orbis Romani 148, 2.
discindere: duo milia uirorum -issa sunt *i. e.* eorum corpora secta 358, 4. -issus sentibus 273, 20.
disciplina: militiae 342, 14. militaris 307, 9. *pro religione Hebraeorum ponitur* splendidissimae -am prosapiae 210, 16. Abrahae, quem appellant -ae auctorem 387, 5. apud quos disciplina est filios occidere 387, 19. *pro religione Christiana ponitur*: aliena a cultu nostro et -na 392, 3.
discordationum: *u. l.* codd. *aV pro* discordantium 159, 13.
discordia: seminatores -iarum 91, 11.
discutere: *cum uerbo* examinandi *coniungitur*: nemo -iebat, nemo examinare audebat 98, 24. d. atque examinare singulos 116, 4.
dispendium: superfluis sumtibus infinita -a tolerauissent 134, 10. ne deprehensis non solum -o sed etiam periculo forent 357, 13. *translate*: ultus -um 7, 16. inulta regni sui passus -a 14, 5.
dispensator: somni 116, 5. quietis 117, 24.
dispergere: ne ... uiderem meorumque -i uiscera 331, 2.
disponere: quae in Aegypto constituenda forent -suit 38, 20. -sitas copularum societates 104, 7. *seq. inf.* -suit in hostem inrumpere 389, 6.
dispositio: *i. q.* consilium, prouidentia. -ne domini 12, 12. (Cleopatrae) consilium non ex -ne sed ex usu in Herodem inclinauit 60, 24. -nis initae, ut ad Parthos confugeret 86, 25. *plur. num.* subuersis -nibus regis 104, 15. firmamentum -num suarum *i. e.* earum rerum quas testamento Herodes prouiderat 127, 10. *haud raro sing. et plur. num. militari sensu*: uirtus Romana praecellit -nis ordine 307, 8. Romanae -nis moderamina 228, 1. obstupefactus -nis specie 24, 21. lusae sunt -nes Caesaris 35, 17. quemadmodum circumuenirentur -nibus suis constituebat 48, 22.
disrumpere: cibo farti -bantur 356, 22. *translate*: (Iob) uitae uincula non -bat 213, 21.
disseminare: religio, quae ubique -uit *sc.* Hebraeorum 156, 13.
dissicere: hostium cuneum 263, 17.
dissimulare: -atis omnibus (*neut.*) 113, 6. reddat causas quod uadem suum -auit *i. q.* eius oblita est 90, 9. non optandum officium sed non -andum 90, 12. -ante Malicho quod necis conscius foret 45, 3.
dissociare: populus a Romanis sese -aret 391, 22. tanto -atum comi-

tatu ducis 183, 10. animae et corporis contubernium interrumpere ac -are 213, 2.
dissoluere: globos (hostium) 263, 18. ad -endam factionem 258, 13. murum ariete -uit 407, 17. solis sermonibus offensionum genera -eret 14, 19. praeceptum -itur 307, 28. fluxu corporis sexum (*sc.* uirilem) -ere 279, 22.
dissolutio: -nis flagitio *sc.* disciplinae militaris 307, 22. in hac -ne *sc.* morum 279, 23.
dissonare: studiis -antibus 239, 18.
dissupare: male parta nequius -ant 252, 6. more ingenii humani, cui satis est, ubi cupita acceperit, cetera statim -are 274, 3; *cf.* 254, 5.
distantia: ne diuersi generis esse aliqua uideatur d. 322, 28.
distare: quid -et ab hostibus 189, 1.
distentus: lacte -a pecus ubera gerit 197, 22. corpora . . . hydropis morbo -a 356, 20.
disterminare: meridiana eius (= Aegypti) superioraque -ant ab Aethiopibus Soenen 283, 13; *cf.* 194, 18.
distillare: per incisiones -at humor 24, 17.
distinguere: ipsae (*sc.* duae Galilaeae) inter sese hoc -guntur (*sic*) modo *i. q.* diuiduntur 195, 6. Antipater -ctam sibi a fratribus regni spem dedignabatur *sc.* diuisam 83, 23. -xit maximis turribus portum 69, 19. (regionem) -ctam urbibus splendidissimis 271, 12. -ctam fluentis 284, 8.
diuellere: minitabatur quod -eret ab eo (*sc.* marito) filiam 92, 20; *cf.* 93, 6.
diuersus: diuersi *i. q.* alii *uel* ceteri *ut* -is cateruis 30, 24 (*BI* I 162 τὸ ἄλλο τάγμα); -is ex locis 35, 6; ex -is Herodis coniugibus 103, 19. habeat uetus prosapia -orum fasces honorum 353, 28. *i. q.* longinqui *ut*: templum cui amplius accesserit diuitiarum donisque -arum et innumerabilium nationum 158, 24. -ae factionis principibus 299, 15 *sc.* alterius. -a populi sententia *sc.* non unanima 256, 19. componens e -o omnia *i. e.* aliter ac res se habebat 250, 23. e -o mercede conducti *i. q.* οἱ ξένοι 15, 7. e -o occurrit *i. q.* ex altera parte 291, 1; *cf.* 340, 25.
diues: praedam ditem 187, 20.
diuidere: qui contradictionis spiritum sequitur, in se ipsum -sus est 298, 20; *cf.* 25. -sis corporibus *sc.* sectis 358, 5.
diuiduus: -um septentrionalis plagae munimentum 283, 20.
diuinus: -a dei praesidia 391, 8 (dei *om.* aV).
diurnus: labor *i. e.* cotidianus 230, 16.
docere: in Euangelio -emur quia erunt signa 392, 10. exempla quibus -eamur quod (deus) infestus sit 411, 31. -ti uiris Machedonibus 339, 15; *cf.* 392. 24.
documentum: suae fortitudinis 31, 7; 370, 25.
dolere: patrui mortem inpatienter -ret 112, 6; *cf.* 226, 1. -ens iniuriam 138, 21. se Nero destitutum -ens 186, 3.
dolor: sacrilegii 4, 17. riualitatis 75, 22. necis maternae 80, 9. iniuriae 117, 18. paterni periculi 243, 11. inpatiens d. 145, 7. d. intra se saltem liberam habebat sententiam 128, 9. sopito corpore omnis quiescat d. 410, 13.

domare: (terra) asperiores facilis sulcos d. 196, 13.
domesticus: 1. *subst.* bellum inter domesticos pugnabatur pro cibo *i. e.* inter familiares 381, 11; *cf. etiam* Ind. nom. — 2. *adiect. quasi* propriae domus: insigne -um 40, 13. -i mali immemor 76, 20. -am iniuriam 77, 12. -i luctus hereditatem 125, 8. -is doloribus 125, 11. suorum parricidam -um 128, 15. utinam tam -o usu quam publicis laetus successibus 126, 14. -is excitatus negotiis 246, 18. *latiore sensu quasi* propriae nationis: indicium -ae improbitatis 3, 20. d. (*sc.* hostis) 27, 14. -um proelium 220, 29. -o foedere *i. e.* inter ciues inito 303, 20. uere templum dei (*sc.* Christum) -is manibus crucifixerunt 301, 2. -um domicilium *sc.* in patria 128, 24. Palestinae -i fructus 235, 22.
domicilium: tolerabiliora exilia quam domesticum d. 128, 24. *translate*: totis -a terris uagantur *sc.* Aegyptiorum nauigia 284, 10.
dominari: (deus) qui caelo et aeri, terrae et mari -aretur 310, 11. in ipso templo furor bellicus -batur 368, 18; *cf.* 296, 5.
dominus: ad dominorum indemnitatem *i. e.* regis et reginae 189, 17.
domus: *acc. plur.* -os 49, 24. -us 295, 1 (-os *u. l. HZV*).
donare: -tus opimo munere 366, 12. -tus regalis coniugis necessitudine 86, 13. dicens -are se omnibus *sc.* delicti gratiam 308, 13. uiuere uobis -bo 401, 7. non -bo Romanis quod uicerint *i. e.* eos uicisse 412, 4.
donaria: 399, 22; 406, 20.
dotalis: -e patrimonium 416, 5.
dragma: -as 125, 13.
dubitare *et* non -are: *in enuntiatis affirmatiuis aut negatiuis uel enuntiatis interrogatiuis eiusdem usus* 303, 1; 328, 17; 331, 27; 386, 20.
dubius: superioris aeui -o (*abl.*) utrum *i. q.* superiore aeuo dubitante 234, 3. nec -m quod saepius uindicatum sit 307, 28; *cf.* 366, 1. *contra*: non -m sit totum in te mundum perisse 413,24.
ducere: in haec quisquam flammas -it 332, 16. in uincla -itur 136, 37.
ductare: Pacoro et Barzafrane agmen -antibus 48, 4.
ductor: Romani exercitus 21, 23. Idumaeorum 313, 4. iuuentutis -ibus *u. l.* 123, 6. *de legato legionis*: praeerat ordini quinto decimo -is officio 206, 4. *de numerorum praefectis* 276, 15. suis quisque -ibus pericula gestit probare 314, 25.
ductus: aquarum *u.* aqua. ciborum 356, 10 *i. e.* internae corporis uiae quibus cibus ducitur.
dulcescere: -ret aquarum amaritudo 268, 8.
duplex: -cia peccata 63, 4.
duritia: -m cordis *i. q.* σκληροκαρδίαν 164, 8; *cf.* Deut. 10. 6; Eccl. 16, 11; Ambros. De Abraham 11, 78. Ps.-August. Quaest. Vet. et Noui Testam. 69, 3.
durus: -i oculi 413, 28.
dux: *cf.* Index nominum. *translate*: inopia -ce 381, 18. ira -ce 390, 7.

ebdomas: -is sacrae dies 245, 14.
ebetare: arietis ictum *u. l.* cod. A 204, 11.
ebrius: libidine 59, 23.
ecferare *u.* efferare.

eclipsis non raro occurrit, ut: dum cedere pudori existimat 5, 17. caesisque quos aduersum ierat 5, 18. missisque per quos reuocaretur 51, 12. inuehendis quae necessaria sunt 152, 22.
edacitas: Roma -ti eius defecerat 291, 13.
ēdere: cantus 398, 3. responsum 396, 8. sonum 393, 5. fortitudinis documentum 370, 26. stragem 143, 26. quae ediderint deos partu 138, 5. Vespasiani germano -itus 290, 15.
editus: -tiore loco 69, 25. -tiora montis 243, 17.
edocere: ut per ipsos Caesar -retur 178, 17. malis -cti 318, 9.
effectus: praemissionis 25, 2. ne ante -um abirent *sc.* ante rem perfectam 256, 6. compensare cupientes operis -u (*i. e.* re gesta) 367, 22. conatus -u excidit 199, 8.
effeminare: uocem 279, 21. passio animi uirtutem -et 358, 21. animae -atorum (ex Scriptura) 216, 11.
efferare, ecferare: efferasse *absol.* 77, 28. ecferauerat in uniuersos 88, 5.
efferre *u.* elatus
efferus: -a uis animi 99, 19. -um mare 69, 12.
efficax: -cis uirum operis 137, 3. opum abundantiam ad dissoluendam factionem -cem 258, 13.
efficere: non solidum aliquid aut uerum -ere 184, 6. *seq. infin. i. q.* facere: ministrari -ecit 37, 24.
effugium *i. q.* fuga 88, 18. uitae -a captaret 316, 27.
effundere: male parta deterius -unt 252, 6. cui tantum liberalitatibus tuis se bonorum -derat 118, 15. -udit sese mercennario Antipatri 95, 3. *militari sermone*: in inparatam Italiam -ere 287, 13; *cf.* 192, 20; 400, 5. coniunctis uiribus in populum -nderentur 257, 10.
effusio: luxuriae -nes 279, 17.
effusus: -is diuitiis locupletauit 68, 13. -us fauor 286, 21. -a odia 318, 22. Caesar beneuolentia naturali -ior 52, 10. effuse: -e uenientes 34, 3.
egredi: urbe 19, 16. urbem 328, 26. muros 49, 14. urbem 262, 12 (*u. l.* urbe) 352, 4. urbem (*u. l.* urbe) -ssurum 186, 19. ad quos egredi 347, 16. (Iordanes) duos lacus uictor -ssus in tertio haeret 235, 6. (militi) -ienti ordinem praescripta mors 308, 1. -iuntur plerique praescriptum 306, 15.
egressio: 306, 11; 333, 19.
eicere: -ecta mater *i. q.* a uiro dimissa 112, 12. *eodem sensu* -bat alienam 324, 5 *sc.* feminam alteri nuptam.
elabi: *absol.* 233, 4; 263, 1; 407, 28. -psus *absol.* 192, 1; 232, 11. e uinculis 30, 6.
elatus, elatior: -am mulierculam secundum scientiam iuris diuini 18, 16. -um superbia 123, 9. -is animis 60, 29. succesu -iores 33, 25. repulsis crebro hostibus -iores 174, 15.
elementum: Brittanias muro frementis circumuallatas -i 397, 4. purum illud aetherium -um stellarum lumine refulgens *i. q.* orbis lacteus 366, 1. creator -orum (deus) 310, 10. apud quos (Iudaeos) etiam -a moriuntur 386, 21. in -orum miraculo stilum occupare 269, 17. -orum repagulis oppressi 243, 21. tamquam annitentibus -is uictoriae Roma-

norum 331, 18. -is iam Romano imperio subiectis 150, 19. -orum aegritudine expiatum interitum tanti decoris 78, 10. incorruptibilia -orum testimonia 120, 3. inpressi ante fores apices -orum *i. e.* ductus litterarum 275, 3.
eleuare: -ans caput 116, 25. manus 136, 24; *cf.* 208, 6. manus ad caelum 384, 29. saxum 204, 14. manibus suorum in murum -bantur 368, 9. si orarent ut a nauigantibus -arentur 224, 24.
elidere: saxum de muro super arietem -sit (*BI* III 230 ὑφίησι) 204, 14.
eligere: -egerunt bello perire quam libertati patriae superuiuere 351, 14. -ecti eunuchi *i. q.* delecti 93, 22.
eliminare: domo eam (*sc.* uxorem) -auerat 111, 25.
eludere: Iohannes obsidentium conatus . . . -ebat 318, 8. inter confertos iacula nusquam -bantur 317, 8. laxo saccorum sinu -sa plaga arietis 204, 1. *absol.* -entem Aristobolum 169, 9.
emendare: -emus quod his superuiximus malis 414, 20.
emercari: inpiis factionibus gratiam sibi regis -retur 94, 11.
emere: ueno et emto uiuitur 358, 15.
emereri: uir egregie factus ad -endam societatem potentium 34, 16.
emicare: eo bello egregie Antonii uirtus -uit 31, 6. Vespasianum in Gallicanis partibus et Brittaniarum uictoriis -uisse 287, 28.
eminentia: *subst. fem. gen.* penes paucos 323, 7.
eminere: hostem altissimis -entem aggeribus 379, 13. inter omnes (urbes Iudaeae) Hierosolyma -et 198, 17.
emittere: e conspectu 246, 4. -sit spiritum 394, 24.
emollire: ut . . . plaga arietis -retur 204, 2. coriorum dura non -bat *i. q.* concoquebat 382, 8. *translate*: (regina filium) acriorem animo -ebat priuati humilitate 18, 12. talibus -to patre 86, 2. (Ananus) paulatim -uit animum 250, 11.
enare: quos -ndi fiducia destituerat 224, 6.
enatare: de ciuitatis naufragio 178, 12.
enormitas: scelerum 175, 4.
epilogus: 121, 11; 408, 3.
epistula: *dubitari potest an* „epistulae" *ui singularis numeri usurpetur:* leguntur epistulae 114, 3 *ubi BI* I 620 τὰ γράμματα; *cf.* Loefstedt *Syntactica*, p. 39. *ceterum* epistulam *habes* 119, 3. *plurali significatione* epistulas 110, 27; 111, 4, epistulis 122, 3.
epitafium: commentum se, quo praeclarissime suum e. celebraretur *i. e.* funus 125, 4.
epulae: mulier quae absumeret -as uirorum *sc.* Thyesteas 384, 17; *cf.* 18. pridianas eructuantem -as 288, 3. inter -as extinctum 168, 1.
epulari: -amini quod mater feci 384, 8. sic -ri matrem fecistis 384, 18. membra -anda obtulit 383, 24.
epularis: -i ludo (*BI* I 88 ἐν ταῖς εὐωχίαις) 13, 22.
equestris: e. exercitus *i. e.* equitatus 96, 7. e. militiae ducis 137, 11 (*AI* XVIII 67: τῶν ἱππέων ἐν ἀξιώματι μεγάλῳ) e. militiae uir *i. e.* unus ex equitibus 315, 5.
equidem: audieram e. 385, 17. *sed cf.* 388, 1.

erepere: ad superiora -psit 404, 12.
ergastulum: uita carcer animae quae intra hoc e. clauditur 409, 5.
erigere: hinc -ecti animi hostium 61, 14. a caede incendio direptione -exi militem 400, 28.
(h)erilis: -i praecepto 23, 18; 213, 3.
eripere: Romanorum manibus patriam 58, 22. templum incendiis -retur. 338, 5; 371, 4. -rent templum incendio 374, 14. plerosque neci 56, 5. fuga sese neci 7, 25. nece se ludibrio 278, 22. auum sibi per scelus -uisset 72, 11. plures -erentur euersioni 374, 1. ut malorum suorum spectaculis -erentur 209, 16. ius commune -eptum 107, 1.
errare: -auerint in patrem filii 102, 16.
erubescere: arma sua 358, 30 (*BI* V 555).
eructuare: pridianas -antem epulas 288, 3. -ans crapulam 291, 10. *translate*: ubi se uino infuderint et inpleuerint ebrietatis, publicorum -ant crapulam negotiorum 252, 8.
eruere: ciuitas a latronibus -eretur 262, 6.
erumpere: ex amicis in arma -upturos 41, 14.
esca *et plur. num.* escae *i. q.* cibus 295, 21; 297, 16; 300, 8. 14; 384, 24; 387, 28. esca pluuiarum *i. e.* manna 398, 8.
esse: *huius uerbi uoces „est", „sunt" omittuntur nonnumquam etiam in enuntiatis quae ex coniunctionibus pendent ut* posteaquam comprehendendi spes lapsa 178, 2. esse *cum gen.* euentus fuisse quod uicerit 315, 24; *cf.* 340, 5. fecimus quod pietatis fuit 383, 8. quae pacis essent potius quam belli sequenda 41, 5.
esuries: -e 335, 18.
et: *postpositum esse uidetur*: Adiabenus et Agiras, *cum „Adiabenus" nationis nomen fuisse non hominis Hegesippus bene nouerit* 341, 17; *cf.* Index nominum. *saepe pro* etiam *ut* 40, 6; 44, 4; 162, 15; 319, 3; 333, 2; 353, 24. 28; 372, 12; 378, 12 *cet. pro* neue: ne minueret delationis inuidiam et euacuaret Eurycli fraudolentiam 97, 4. et quis *codd. secutus* (et qui *aV*) *scripsi* 212, 26.
euacuare: *pro eo quod est dissoluere, irritum facere, ut* inlisa solidis solida nocent, solutioribus -antur 204, 3. -auit inuidiam aduersum se directae legationis 46, 20. -ret Eurycli fraudolentiam 97, 4. -ati laboris taedium 341, 13. quo -ret uoluntariae mortis adsertionem 220, 1. *pro eo quod est* expelli, abire *ut* -etur umbra, ueniret ueritas 208, 4. introiret uastitas, -aretur celebritas 392, 22.
euadere: pestem 7, 3. insidiatorem 116, 10. consortium periculi 315, 25. lapidem (demissum) 316, 21. tyrannum 352, 27. incendium 380, 9. hostem 398, 1. securim 404, 5. quod metuimus 415, 8. incendia de quibus -sisse 398, 3. neminem mihi patiar -ere 116, 21. *absol.*: 38, 13; 94, 2; 116, 13; 177, 4. *translate*: si iste -eret *i. q.* si culpa liberaretur 121, 20.
euaginare: -atis gladiis 45, 11; 289, 13.
euentus: *i. q.* casus, *ut* fortuitis euentibus 8, 11. uario rerum -u 17, 25. habent proelia suos -us 241, 19. sortis -us 249, 1. belli dubius -us 319, 2. inopinatis

-ibus 369, 4. -us fuisse quod uicerit 315, 24. *plerumque in meliorem partem accipitur quasi* bonus successus *ut* quando praesumsit de belli -u, uictoriam secutam 288, 28. ne cresceret audacia Iudaeis -u fraudis et doli 303, 8. uincendi euentum 339, 17. fuit -us, quod nullus fuit letali uulneri locus 340, 5. Alexandrum -us seruauit 340, 15. -us periculum in gloriam uertit 340, 11; *cf.* 9. -us sibi adesset ut Caesari placeret 366, 23. nec tamen in omnibus sequebatur praedae -us 359, 20.

euersio: -ni 374, 1.

euersor: -em 372, 16.

euertere: -sam patriam 352, 5.

euidens: -tia imminentis excidii signa 391, 13.

euidenter: 91, 22; 249, 4. euidentissime 111, 9.

euirare: arietis ictum 204, 11. -atae inpuritatis opprobrium 183, 1.

euiscerare: cruentis manibus -erant uentris secreta 357, 25. -abo scelestum 89, 20. *de rebus*: quae urbs, ... quae prophetarum opera uestris manibus -antur 332, 15.

ex: ex illo *i. q.* ex illo tempore 131, 19; 409, 2. ex his quae ad speciem ueri adsumserant renitentem circumuenirent 9, 20 *ubi* ex his *abl. instrum. uice iungitur*. opes in proeliorum apparatibus ex inimicis atque aduersariis saepenumero cariores efficiuntur *i. e.* eorum operā 36, 25. non ex locorum asperitate usuque *i. e.* iuxta 224, 17. *saepe cum nominibus urbium, ut* ex Hierosolymis 32, 9. ex Masada 54, 17. ex Iope urbe 223, 15. ex conposito 180, 12.

exacerbare: eum contumelia -rent 41, 9. demorando suspectum -rent 112, 22.

exaedificare: *i. q.* aedificare 40, 24; 381, 3.

exaestuare: inmodicus per spatia campi -at uapor 267, 8. *translate*: furor amoris -asset 92, 6. (urbs) graui morbo dissidentis inter se plebis -bat 226, 21.

exaggerare: famam Romanae uirtutis suis sermonibus -bant 263, 3.

exagitare: stagnum uentis -antibus adsurgere in aestus ualet 82, 21. conferentem signa Gallum fortiter -auerunt 172, 15. inueniant apud nos salutem quos suorum pestis -auerit 260, 17. regni cupidus seruandi proximos -aret 71, 10. urbem -ando 47, 28. -bat eum mater adulescentis 73, 2; *cf.* 103, 11. atro felle -atus 124, 22. -ari Hyrcanus 30, 9. quas regni cupido -aret 101, 26. -bat eum cumulatior in dies erga adulescentem amor uniuersorum 73, 6. saeua fames mentem -auit 382, 8. -atus filius *sc.* uulnere patris 205, 3.

exagitatio: belli 62, 1. curarum humanarum 410, 8.

examen: *i. q.* iudicium. iusto definitum -ine 80, 26. amici Antipatri intersunt -ini 114, 1. ante e. adiudicatur supplicio 347, 3. *translate*: integrum nobis e. reseruate 253, 17.

examinare: circumspectare omnia, discutere atque -are singulos 116, 4. suspectiones suas non argumento aliquo ueritatis -aret 76, 17. nemo -are audebat quod a patre arguebatur 98, 24. uim (*sc.* naturam) rerum -are 184, 1.

-are quos raperent cibos 384, 23. pugnam -aret *i. e.* pugnantis uniuscuiusque uirtutem obseruaret 376, 11.
examinatio: ueritatis 254, 7.
exanimare: terrore -atus 243, 9. sermo inquieti strepitus -etur impedimento 146, 16.
exardescere: sitis, quae aestu -bat 208, 21. bellum immane -arsit 8, 5. cui recepti Mithridatis ultio grauis bellique in socerum transferendi propositum -sisset 21, 26. -sit publicus dolor 254, 19. suspicio primo, deinde inuidia -sit 143, 5.
exasperare: fluctus inlisus saxis efferum mare cedendo -at 69, 13. quos ipse -aui 114, 18. temperari non -ari iudicem decet 147, 5. urbem exagitando -auerunt Antonium 47, 28. praesentium odio -atus 78, 1. qua -tus—contumelia 86,18. nimia commotione -tus 122, 15. -arent animum regis 41, 6; *cf.* 9, 3. -auerat publicam indignationem singulorum dolor 254, 13. -at feruorem uulneris ferendi impatientia 147, 13. -antem spiritum *i. q.* daemonium 296, 3.
excedere: urbem 240, 19. bello 240, 1. quae tetrum horrorem -rent crudelitates (*u. l.* crudelitatis) 162, 1.
excelsus, excelsior: (Aegyptum) cernas quasi quibusdam -am moenibus nauigiorum 284, 9. altitudo -ior 69, 19.
exceptio: -ne personarum *i. q.* προσωπολημψία 164, 14.
excessus: in -u mentis 77, 22; 391, 8; 393, 22.
excĭdere: uoto -erat 355, 3. conatus effectu -it 199, 8. (maliuolentia) fructu -at 82, 30.
excidiabilis: -em *u. l.* cod. B 389, 20, *u.* excidialis.
excidialis: diem -em 389, 20.
excidio: -nem *u. l. codd. CV*, *u.* excisio.
excidium: templi et urbis 171, 19; 375, 1; *cf.* 171, 2. patriae 349, 3. gentis 183, 14. religionis 156, 12. salutis 91, 3. *plur. pro sing.* excidia patriae 372, 25; *cf.* 23. patriae templique 374, 13. ultimae labis 182, 13.
excindere: turrem e. *u. l.* excidere 192, 2.
excipere: quos insidiis -cepit Cassius 34, 1. Caesar Magnum sequebatur ut uel ipsum -eret 35, 11. Scythopolis et Samaria suis -iunt regionibus (Galilaeam) 195, 3. sinum aperiret, aurum -eret 316, 19. nihil -ceperit uulneris 303, 4. uulneribus corpore -eptis 38, 15. nec filiam -io 90, 6; *cf.* 60, 1.
excisio: in -nem urbis 177, 26.
excisor: maiorem arietem -rem urbium Iudaei appellauerunt *i. e.* ἑλέπολιν *male intellecto uel reddito* Iosepho Graeco *BI* V 299, 314, 4.
excitare: mare uentis -atur 69, 10. undae fragorem -ant 223, 12. inuidiam -ant *sc.* regis 10, 4; *cf.* 7, 2. quo magis -ari (Herodes) quasi amans posset 73, 24. pater in filios -retur 84, 16. nec Machedones Alexandri -antur triumphis 150, 1. Demetrium aduersus Alexandrum in bellum -auerunt 14, 25. Aristoboli reditus plurimum turbarum -auerat 31, 26. pompa -ret inuidiam 10, 11. malis consiliariis usus umbram ei -auerit iniquitatis 44, 9. -atus ad iracundiam 401, 19.
excitatio: -nes tubarum 188, 17.

excitatus, excitatior: ingenio -iore 79, 7.
excitor: -es belli 160, 10; 194, 8; 252, 18; 371, 1.
excitus: sono 12, 13. ad uocem 417, 3. rumoribus 33, 8. dolore paterni periculi 243, 11. eo incentiuo 315, 6. prouincia omnis in bellum -ta 161, 22. ruina -to puluere 313, 18.
excludere: uentus de mari expelleret, Romani urbe -erent *sc.* eos 223, 25; *cf.* 256, 4. Areta ad regnandum expetitur, —quo Ptolemaeum -erent (*sc.* regno) 17, 8; *cf.* 18, 19. dies sacratus mendacii suspicionem -eret 10, 11. petra spem adeundi -eret lubrico situ 55, 21. tempore -itur praedestinatae mortis fides, 11, 14. prospectus -itis peregrinorum 375, 8. donec -eret eos ab affectu paterno 79, 19. compresso affectu passionem -serunt 416, 25. animum e domo nostra -imus *sc.* nosmet interficiendo 218, 3. exasperantem spiritum (*sc.* daemonium) citharae suauitate -ere 296, 4.
excogitare: destruendum murum -arunt 377, 18.
excrescere: iam uallum -uerat 26, 16. Constantinopolim -uit ciuitas Byzantiorum 193, 15.
excruciare: -atur castelli praepositus 96, 19.
excurrere: in medias Romanorum acies Iudaeus -it 363, 25. -ens *quasi* palatus cum exercitu suo 279, 12. rupes . . . in mare -unt 223, 7.
excutere: mulier de intima sede secreti genitalis -eret infantem 205, 14; *cf.* Calp. Declam. II 5. -usso infelicium cerebro cautes aspergerentur 224, 13. serpens latibulis -ussus 364, 27. patria -ussi 237, 22. in quos sese -eret considerans 240, 27. edito riparum toro in fluuium sese -erent 264, 10. ne noster in eo lacu -iatur stilus 270, 6. ut leuiora -eret obiecta 84, 8.
exedere: macie uisceribus -sis 334, 7.
exercere: iudicium 119, 22. regnandi ius 18, 4. potentiam 141, 11. magnum luctum 112, 4. mutuam necem 411, 22. iniquitatem 244, 7. muliebria 279, 21. curam circa templum 18, 7. crudelia in ciues 404, 20. *i. q.* parare: latrocinio uitam -erent 244, 2. latrocinio sumtum -rent suum 251,24. -itae priuilegio potestatis abstinere se 71, 15. Alexandriam -itam usu imperii 168, 11. manum (*sc.* militum) -itam triumphis 287, 22. illum grauis ad cauendum cura -ebat 49, 12. nec animorum discordia uerbis -ebatur 14, 11. regem -uisset 129, 21 *i. q.* regis uice functus esset. pelagus naues -ent 153, 20.
exercitatus: turbandis rebus 161, 1. Archelai artibus -ior 94, 3. -iores occurrere machinis 318, 9. -tae mulieris in caedibus propinquorum 59, 16.
exercitium: *i. q.* exercitatio militaris 230, 16 (plur.).
exercitus: equestris 96, 7. pedestris 287, 8.
exhalare: praecipitii profundum saeuam -at mefitim 68, 20. ultimum -asset spiritum 125, 5.
exhaurire: -stis periculo cibus est *i. e.* fame confectis 356, 27.
exhibere: tyrannum 41, 7. partis utriusque arbitros 252, 20; *cf.*

255, 1. euersorem 372, 16. ipse naturae affectum -eret filiis 80, 29. puer regiis usibus -ens ministerium 12, 6.
exhorrescere: nec tamen -o salutis periculum 119, 17.
exigere: uitae finem -igant 355, 26. *pro eo quod est* sumere, *ut* ultionem -igimus 212, 25; *cf.* 90, 5. graues poenae -igerentur 273, 22. *saepius pro* requirere, *ut* -igi sanguinem 95, 23. disciplina ab omnibus -igeretur 188, 15. Romani seruitutem non -ant 322, 15. uiolastis quae uestra sunt. ego alienus non -o. 375, 14. quis deus hoc possit -ere 387, 15. dolor -it remedium 184, 14. quod ipsa pietas -bat 347, 8. dies aduenit qui probare operibus uoluntatem -at 411, 6. res -ere uidetur ut Iordanis ortum aperiamus 234, 1. expositionem -it Simonis passio 180, 1.
exiguus: -um *sc.* parum 109, 9. -i *i. q.* pauci 144, 3; 224, 27. -is momentis 241, 25.
exilis: -es artus 344, 13.
exilium: -ia *plur. num.* 128, 24 *i. q.* captiuitas sub Babyloniorum regibus.
eximere: rogauerunt ut ipsi cladi -rentur 257, 8. ne quis fuga periculo -retur 272, 23. se periculo fuga -ere 327, 14; *cf.* 347, 14. se ipse hosti -emerat *sc.* sibi mortem consciscens 211, 17. se ultioni -emit ad Zenonem 7, 4. quem fuga periculo -emerat 168, 2. -emtum periculo 81, 6.
exinanire: *imperfectum* -ibat 277, 15. uenenum -iui *i. q.* proieci 109, 20. XL milibus armatorum stipatus -ibat omnia 277, 15. omnes fugauit, ut totam urbem -ret 412, 11. Iudaeos -tos 128, 17.
exire: exilio 129, 3. iugo 329, 8.
existimare: *cum infinitiuo pro gerundiuo:* adsurgere -ans 116, 27.
exitiabile: *u. l.* codd. CV 322, 20 *pro* exitiale.
exitialis: 361, 12; 322, 20.
exitium: *i. q.* nex 40, 14; 250, 27. praeruptae mortis exitio 76, 18. letalis -ï 44, 21. supremo 45, 13. ultimo 144, 4. priusquam aliquid -i subirent *i. q.* detrimenti 228, 3.
exitus: -um balinei 57, 20. locorum *plur. num.* 177, 2. euadendi -us 404, 12. e. *sc.* animae 409, 17. *saepius absol. pro* morte, *ut* 88, 1; 181, 18; 219, 15; 369, 20. *nonnumquam pro* fine, *ut* omnium rerum -us 362, 10. calumnia acerbiore -u 10, 2. culpae -us 376, 22.
exorabilis: *u. l.* codd. *BZ* 308, 12.
exordium: inrita Pompei fuissent -ia *i. e.* temptamenta prima quibus Hierosolymorum obsidionem aggressus est 26, 9. aedificantibus plana -ia fundamentorum 362, 19. a parricidio generis sui numerent -ia 387, 4. filii eius praeclara generis nostri -ia 320, 10. Galilaeae -ium 195, 12.
exortus *part.*: -a iurgia 413, 3. -o tumultu 413, 5.
exortus *subst.*: ad solis -um 399, 1.
exosculari: -bor 383, 3.
expendere: totum se -entem periculis 390, 9. non in uno Romana uirtus -batur 399, 24.
expergefactus: ad primum Romanorum impetum -i *translate* 309, 12. rerum molibus -um 288, 18.
experientia: notae uir -ae 241, 5.

experimentum: deuotionis nostrae detur -um 132, 1.
experiri: dolo 275, 26. -endi usu 271, 6, *u.* expertus.
expers: nec sororem munerum suorum -tem reliquit 122, 22. e. dulcedinis 414, 13. regio nostri e. cruoris 156, 15. -tem doloris mortem 264, 9. -tem potestatis 18, 12. e. consilii eius *i. q.* non conscius 34, 9.
expertus: -m belli uirum 187, 7; *cf.* 276, 10.
expetere: Areta a Damascenis ad regnandum -itur 17, 7. tanti nominis uirum ducem militiae suis -endum partibus arbitraretur 51, 19.
expilator: -em publicum *i. e.* populi *u. l.* 128, 15.
explere: -to tempore captiuitatis 329, 10. nec -tus est morte fratrum cruentus animus 115, 6.
explorato: e. prius si forte Romani militis deesset praesentia 359, 17.
exponere: quattuor libellis ipse minister -ebatur *i. e.* manifestabatur 91, 18. sortis euentu -sita est 249, 16.
expositio: -nem *i. q.* narrationem 180, 1.
exprimere: gemitus arte conpositos nec ullo -pressos dolore 115, 27. testamento -essisse iudicium propriae uoluntatis 130, 2.
expugnare: quae (multitudo) clausum -auisset 21, 22. innumerabilis sibi populus -ndus foret 303, 12. -ato hoste 324, 2. uideantur ipsi sese -auisse 260, 9.
expulsio: 112, 2.
exsanguis: -es reliquiae defunctorum 364, 13.
exsatiare: -ta sum 384, 10.
exsaturare: *sensu proprio* quae matrem -arunt 384, 9. *translate*: daemonium -aretur 12, 27. tantorum mortibus -atus 346, 16; *cf.* 407, 2. *absolute*: -atus 144, 18.
exsecare: -uit auaritiam Syrorum 359, 15.
exsecrabilis: -e lucrum 359, 18. -em cibum 387, 2.
exsecrari: -atus infelicis terrae contagium 384, 28.
exsecutio: 19, 10; 36, 1; 108, 4; 125, 12. 15; 126, 20.
exsecutor: *i. q.* minister: materni doloris 78, 19; *cf.* 90, 10. ministerii mutui 90, 14. testamenti 107, 8. legis 140, 7. 9. paterni triumphi 292, 5. missis industriis -ibus 158, 3. a te exspecto imperium, ab -re ministerium 219, 20.
exsequi: pietatis officia curamque seruandae necessitudinis -ebatur 6, 13. soliti uicem muneris -ebantur 27, 6. fraterni studia muneris -ebatur 51, 2. officium mandati muneris 210, 12. inuidiae magis quam doloris partes -batur 39, 3. ad exsequendas publicorum munerum necessitates 41, 16.
exsilire: -iuit (*u. l.* exiluit) de lectulo 77, 13. -ierunt (*u. l.* exiluerunt) 305, 20. in adpropinquantes -iunt scaphas 224, 4. -iens in medium hostem 204, 15.
exsistere: Damasceni nulla -ente causa VIII milia Iudaeorum strauerunt 412, 24.
exsoluere: pro scelere poenam -eret 6, 26.
exsors: regni 31, 23. muneris 93, 26. principatus 141, 21. triumphorum 205, 26. praesentium periculorum 308, 25. uictoriae 359, 12. sacrorum 374, 21. cibi 383, 17.

exspectare: *impersonaliter* -batur ut in omne nefas scelerum enormitas cresceret 175, 4.
exspectatus: ante -um 214, 6; 277, 2; *cf.* Ambros. Epist. I 63, 44. contra -um 175, 8.
exspoliator: -em publicum 128, 15.
exsurgere: -gat ignis 387, 23. -rexit mulier *i. q.* expergefacta est. -ge *sc.* e mortuis 295, 18. 23.
extendere: aperta fame ora frustra -di 336, 23. dexteram -dit 378, 4. toto campo -debantur 232, 2. impias manus -derent in auctorem salutis 301, 6. usquequaque audaciam -derent 386, 1. (odia) quae ultra uitae ac salutis defectum -derentur 76, 19. *part.* extentus *et* extensus: -sis manibus 113, 8. -ta longitudine 195, 9. -ta acie 257, 14.
extenuare: quibus modis offensiones (*sc.* accusatorum) -ret 113, 27.
exterminare: -andus 324, 20; -di 369, 26.
externus: *i. q.* alienigena: ciuitas ab -o difficilis accessu 283, 10.
extinguere: tyrannidem e. 280, 5. Ionathae primitias e. 7, 8. tuis manibus uitam tuam -eres *sc.* Christum 296, 21.
extollere: mulierculam -endo suam fecere 18, 16. muliebris inpotentia supra modum sese -eret 60, 7; *cf.* 84, 26. (mulier) per obsequium amantis -batur 72, 9. incolam suum auro turbida Pactoli unda -tulit in superbiam 152, 1. (Florus) facem belli -tulit 171, 17.
extorquere: *i. q.* ui auferre: feralior manus (*i. e.* agmen) de gremiis miserorum summo quaesita periculo per acerbissimum -ret nefas 336, 2. *translate*: reluctanti -serit ut incestum patraret 89, 5. illud Mithridatis iuuandi munus formido -serit 39, 13. metus officium non uotum -serat 128, 9. populum uniuersum ad mortem offerat ut libertatem (*sc.* ei) -queat 296, 8. ut prauis suggestionibus -queatur 9, 6. contactu noxii corporis uiuendi suauitatem -queas 113, 13. diuersis modis unicuique inrationabilem -bat furorem 220, 9. illis -bat pudor propositum regrediendi 256, 6. ultima sors dignitatem -serat 220, 10. populus inuitis bellandi studia -serat 232, 14.
extorris: -em habitationis paternae 39, 6.
extramuranus: 28, 18; 279, 12.
extremus: seruitutis -ae 320, 20. -a Persidis 150, 4. Indiae 319, 26. usque in -um *sc.* uitae 127, 2. *item* in -is 291, 4. salutis 378, 21.
extrudere: -sum urbe 158, 8.
exuberare: (aquae) ad potum -ent 331, 16.
exuere: aliquem armis 6, 4; 402, 4. potestatis insignibus 274, 9. spoliis 324, 17. uinculis 13, 1. seruitio 8, 20. imperio 40, 11. regno 41, 15. potestate 48, 5. aulico ministerio 18, 19. regiae liberalitatis conpendiis 111, 24. obsidione 174, 22; *cf.* Ambros. Epist. I 63, 29. periculo et opprobrio 305, 9. urbem incendio 351, 24. gladium uagina 324, 18. hoste se -it 29, 28. *cum accus. simplici* peccatum exuere 349, 2. -it hostem qui legatione fungitur 63, 20. *et seq. enuntiato* nolite exuere quod generati estis 83, 6.
exul: regni -em 118, 13. spei 221, 11. mundi 154, 17.
exulare: anima de paradiso -at 410, 1.

exulcerare: grauissimis eum poenis -auit 393, 26. usque ad mortem supremam -ati 88, 15. sceleris (*sc.* admissi) immanitas mentem -abat 11, 26.
exultare: tripudiat atque -at 379, 6.
exultatio: cum -ne ad bellum prodisse 365, 11.
exuuiae: -iis indumentorum 269, 14. reiectis exuuiis *i. e.* uestibus quas super arma induerant 305, 18. serpentini generis -is 336, 10. deformes exuuiae *sc.* cadauera 364, 12.

facere, fieri: facere *cum participiis praeteritis coniungitur quasi periphrastico more, ut* subiectam fecisti 66, 16. *crebro cum infin. praes. intransitiuorum uel passiuorum, Romanicarum linguarum more, ut* rerum omnium abundantiam exercitui suppeditari fecit 54, 11. locupletiores interfici faciebat 59, 19. a te desciscere fecit Antonium 66, 12. illum fecit resurgere 185, 12. deferri fecit custodiam 208, 19. sic epulari matrem fecistis 384, 18. per illos . . . insinuari faceret Antigono 10, 19. *locutiones dignae quae praecipue laudentur:* solius pietatis lucrum fecit 401, 21. dum sibi consulunt, terrorem fecerunt discessionis 143, 3. fidem fecit oblatio 220, 23. similitudo morum facit uoluntatum societatem 251, 23. qui uos ex inimicis amicos fecerit 83, 4. ex indigentia frumenti satias facta 30, 5. *in part. pass. praesertim* arte mira factus ad contemnendam pecuniam 21, 2. egregie factus ad emerendam societatem potentium 34, 16. super plagam factus 13, 17 (*BI* I 87 γίνεται δ' ἐπάνω τῆς πληγῆς). super aegritudinem factus 123, 24 (*BI* I 654 κρείττων τῆς νόσου γενόμενος).
facies: lapsus in -e 367, 11. fugiemus a -e dei 411, 26. templi 381, 9.
facilitas: *i. q.* indulgentia 80, 19.
